NOVAE ERUDITORUM DELICIAE

SEU

VETERUM ΑΝΕΚΔΟΤΩΝ OPUSCULORUM COLLECTANEA

FRANCISCUS FONTANI

Bibliothecae Riccardianae Praefectus

Collegit, Illuſtravit, edidit

TOM. I.

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

FLORENTIAE · MDCCLXXXV.

TYPIS PETRI ALLEGRINI

Cum Adprobatione.

BR
162
.F72
1993

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO
DOMINO
GABRIELI MARCH. RICCARDIO
SACROSANCTAE FLORENTINAE ECCLESIAE
SUBDECANO AMPLISSIMO
PROTONOTARIO APOSTOLICO
EX NUMERO PARTICIPANTIUM &c.

HOC QUALECUMQUE OBSEQUII
ET VENERATIONIS MONUMENTUM
FRANCISCUS FONTANI
DEDICO CONSECROQUE.



NUllo fane modo mihi ambigendum fuit, SUBDECANE AMPLISSIME, nec mente reputandum cui potiſſimum nuncuparem & inſcriberem mearum

Deliciarum Primitias, quoque enim me verterem ſemper ſuadebat animus haſce Tibi uni deberi, Tuum namque eſt ſi litterato illo, mihique optatiſſimo otio tandem aliquando frui datur; atque idcirco quaecumque ingenii mei vel laborum monumenta prodierint, Tibi accepta iure merito erunt referenda. Accedit praeterea eas ipſas commentationes, quas in luminis auras revoco, per me erutas eſſe ex inſtructiſſima Bibliotheca, quam Tui Maiores longo ſtudio, magniſque impenſis Muſis & Minervae ſacrarunt, quamque Tu jugi ſemper amore proſequutus, nunc Tuorum veſtigiis inſiſtens abſolutiſſima acceſ-

ſione Privatae Tuae Bibliothecae, quam merito vocaveris omnigenae eruditionis, & reconditioris ſcientiae theſaurum, longe ditiorem facis & ampliorem. Quid quod, mea haec collectanea Sacram & Canonicam doctrinam maxime ſpectant, atque ego in iis perpetuo commentario adornandis, duce hiſtoria, nova luce nonnulla donare ſtudui; adeoque Tibi Sacrorum Monumentorum religioſo cultori nuncupanda videbantur? Meum utique nunc eſſet praeclara, quibus Tibi omnium bonorum animum ſuaviter devinxiſti, erga rem tum publicam, tum privatam merita enumerare, munifico enim Muſas,

Muſarumque alumnos patrocinio ſemper tueri, & fovere conſuevisti; ſed germana Virtus cum ſibi ipſa ſufficiat, quaevis laudum praeconia dedignatur, ac reformidat. Aequi ergo bonique conſulas, tenueque hoc munuſculum, veluti maioris moliminis ſpecimen accipias, ſitque Amplitudinis tuae, & Magnitudinis animi, non quid Tibi offeram, ſed quo animo attendere. Vale itaque, SUBDECANE AMPLISSIME, meque & mea in Tui Clientelam accipias, Deuſque Opt. Max. Te diu incolumem Temporum felicitati, Litterarum incremento, Patriae decori ſervet. Dabam Florentiae Prid. Kal. Octobr. A. R. S. MDCCLXXXV.

CANDIDO LECTORI

FRANCISCUS FONTANI χαίρειν

CUiuſque rem aliquam aggredientis cum ſit ſuam ipſius mentem aperire, praecipue ſi illud iter inſtituat quo reputet ſe poſſe ad Litterarum commodum aliquid conferre, paucis ut te detineam patiaris, amice Lector, συντόμως *enim quae noſtri inſtituti ſit ratio perſequendo enarrabo.*

Tutela atque auſpiciis SCIPIONIS RICCII *tum inter Primores Eccleſiae Florentinae Clericos relati, nunc vero Piſtorienſis ac Pratenſis Eccleſiarum Pontificis Meritiſſimi, quibus adoleveram auctus vix Sacerdotio, Romam a* PETRO FRANCISCO FOGGINIO τῷ ἐν ἁγίοις *evocatus Anno* 1772., *ut in Florentino Collegio meos cives Humanioribus cum Graecis tum Latinis litteris imbuerem, integro quadriennio quo id munus obivi, quidquid mihi ſupererat tempo-*

ris illi indulgere ſtudebam, qua exaeſtuabam diſcendi cupiditati, ratus mihi ſatis commode factum in Urbe Mundi Principe poſſe vivere, antiqua monumenta luſtrare pro lubitu, & cuiuſcumque generis vetuſtiſſima ſcripta quibus Bibliothecae redundant manibus volutare. Seni Foggimio, qui plurimis operibus Litterariam Rempublicam ſibi obligaverat, ſaepius iuvenis aſſidebam jucundiſſima eius ſuavitate illectus, & qui laudare non poterat ingenium, atque doctrinam, at voluntatem, & induſtriam laudabat, atque ad maiora capeſſenda ſuo ipſius exemplo & cohortatione, duobus veluti calcaribus, me jam incitatum exſtimulabat. Frequens cum ipſo Vaticanam Bibliothecam adibam, ſitu ſquallidiores chartas veſtigabam, prae laetitia geſtiebam cum mihi quid adhuc incompertum ſeſe obiceret, meamque mediocritatem execrabar cum quae manibus contrectare, oculiſque luſtrare datum erat, animo conſequi non poteram; fortunamque incuſabam quae me alienae eruditioni devovens tempus invida rapiabat quod libentius in volutandis Codicibus inſumpſiſſem. Idemtidem anguſtiarum pectoris impatientes erumpebant

quibus

quibus urebar flammae, & non ſemel conquerebar cum amantiſſimo mei FOGGINIO, *qui ut mihi morem ſimul gereret, meiſque diſcipulis nonnihil utilitatis afferret, auctor fuit ut Graecorum Scriptorum Florilegium contexerem, quam ſpartam eo alacrius ſuſcepi, quo videbam maxime id mihi profuturum; inerat enim animo quaeque apta operi ſelegiſſem ad melioris notae Codices conferre. Operam ea ſedulitate qua potui navare contendi, vetuſtamque methodum Romanorum in graecis litteris ediſcendis denuo revocare in vulgus, utpote aptiſſimam juvenum ingenio, ſtudui. Maturabat opus, praeloque jam pene abſolutum in lucem prodire jubebatur, cum* RICCIUS *Vicarii auctus dignitate in Florentino Archiepiſcopatu in Patriam me evocavit, nec poteram quin ei, nulla iniecta mora, grati animi ergo quam poſſem gratiam referrem; Is enim veluti alter Parens conſilio ſemper, ſtudiis, opibus me meaque foverat ac provexerat, ſpondebatque tum etiam tantum temporis mihi relicturum ut mitioribus, quas ſemper & Ipſe impenſe coluit, muſis, litarem, quantum ex mihi demandato leviſſimi momenti munere*

nere ſupereſſet. Patriis Laribus conſalutatis, Parentum amplexibus recreatus, mutua veterum Amicorum conſuetudine redintegrata jam intercepta ſtudia arripiebam; cum ANGELUS STUFEUS *Iuvenis ſenili prudentia praeditus, meique amiciſſimus, me inſcio cum* RICCIO *pactum iniit ut Laurentiano Collegio praeficerer. Sparta haec plena laboris & taedii me primum exhorruit, non me latebat enim nullam ſedulitatem parem eſſe ut quis pro rei neceſſitate ſuo munere omni numero fungatur, praecipue peſſumdata prorſus tum publica tum privata huiuſce ſeculi puerorum inſtitutione. Renui equidem, & enixius tunc fortunam incuſans Romam pene iterum petere erat in animo, ſed Amicis, Patriae caritati, Parentum lacrymis indulgens, ab jam concepto voto abſtinui, os ut iniquae mentis aſellus obſtruxi, jugo me ſubdidi, ſperans futurum fore ut aliquando meliori vento vela darem, fortunamque non ſemper me irretortis oculis deſpecturam. Manus interim ei victas dedi, atque integro ſeptennio quo ſalebroſum munus, & improbum laborem obivi, nil aliud commodi mihi oblatum eſt, quam ſubciſivas horas*

inſu-

inſumere in immenſo illo, omniumque & bonarum artium, & diſciplinarum theatro, ubi Mediceorum gloria magis viget, vigebitque aeternum, Bibliotheca ſcilicet in qua & omnium ſeculorum, & omnigenae eruditionis theſaurum adſervatur. Iam tum amicitiam cum Angelo M. Bandinio eiusdem bibliothecae praefecto inire ſtudui, ut docta illa volumina, praeclara ea monumenta, veterumque eruditi ii labores mihi paterent, votique compos pro Eius humanitate factus, colligenda arripui tum Graeca tum Latina deliteſcentia veterum ſcripta, monumentaque in tenebris & oblivione ſepulta, ſperans me poſſe forte aliquando de Patria, deque Litteris bene mereri, in lucem hanc liquidam educens, & publici juris faciens perampla ſcientiae & diſciplinarum monumenta, quae ſors communi bono invidebat adhuc, ſi quando commoda daretur frui quiete; vix enim jam tum potis eram ea moleſte exſcribere ex vetuſtis, & male aetatem ferentibus codicibus, ni poſſem convertere graeca in latinum, cum primigenio conteſtu conferre & illuſtrare. Alio interim non ſemel evocatus titulis honeſtiſſimis, HEROUM RICCARDIORUM *tempeſtive*

ſtive patrocinium interceſſit, ultroque Bibliothecae eorum optimis libris tum MS. tum χαλχογράπτοις *refertae Praefecturam tribuere. Sed quid tam alte repetita oratio? Ut noſcas ſcilicet, Amice Lector, quibus debeas, quae per me ſint proditura in lucem, niſi enim otium mihi tribueretur, numquam forte id quod erat in votis praeſtare potuiſſem. Tantis itaque meis Patronis gratiam rependens, & Ioannis Lamii, cuius nominis fama longe lateque jam evulgata in gloriae quodammodo, atque aeternitatis aede illum conſecravit, quique huiuſce Bibliothecae praefecturam ſumma cum laude pluribus annis geſſit, veſtigiis inſiſtens, Novas Eruditorum Delicias, ſeu veterum* ἀνεκδότων *opuſculorum collectanea colligere, illuſtrare, edere conſtitui ea mente & ea voluminum forma ut iis Deliciis quas Lamius quondam evulgavit meae necti poſſent, & ſatis commode novam interim ſeriem contexerent. In his igitur nihil aliud a me expectes niſi Graeca & Latina opuſcula quae ad Hiſtoriam, ad Eruditionem, ad Scientias conferant, quaeque in lucem per me evocata, non mediocrem utilitatem ſint Litteris, ac gravioribus Di-*

ſci-

ſciplinis allatura. Eo vero cultu haec inſtruentur, ut cuiuſque Auctoris compendiaria oratione vita conſcripta ipſius opus praecedat, brevi hiſtoria pateſiant quae Bibliothecam & Codices ex quibus eruentur ſpectant, erudita quae potero ſcholia, criticaſque animadverſiones e re nata, atque opportune adiciam, contendamque & exacti interpretis, & annotatoris impigri pro mea virili parte munus obire. Ex ipſo hoc primo volumine, aeque cordateque Lector, habes quae praeſtabo in ceteris, monitumque te volo cuique volumini abſoluta praefatione me in certam ſeriem adpoſiturum nomina eorum omnium virorum qui impoſterum collatis ſumptibus hanc analectorum editionem fovere ſtudebunt, ut eorum virtus, & in incoeptis literariis coadjuvandis impenſum ſtudium perpetuo perennent.

De Michaele Glyca, cuius quatuor epiſtolas adhuc in Deliciis Lamii deſiderabant Eruditi, quaſque hiſce obſequens nunc publici juris facio, nihil mihi ſuppetit quod addam iis quae Lamius ipſe duplici diſſertatione exhauſit oratione luculentiſſima atque omnigena eruditione. Heic tantum peropportune innuam duas harum epiſtolarum,

rum, lucem iam vidiſſe, alteram ope Lamii Tom. VIII. Operum Ioannis Meurſii *pag.* 261., *alteram opera Dominici Becuccii Praepoſiti Eccleſiae S. Felicis ad Imam, qui eam una cum* Orthodoxis Dogmatibus, quae SS. Apoſtoli expoſuerunt, *vulgavit Florentiae An.* 1768., *utramque tamen abſque notis, quas nos adiecimus eo libentius quo lucidiori lumine nonnulla in iis donanda videbantur.*

De Libello Photii, quem his nectere libuit, paulo inferius agemus, cum ſapientiſſimi ſcilicet Patriarchae opera tum edita, tum anecdota recenſebimus, poſtquam de eius vita, moribus, ac ſtudiis praecipua diſſertatione ſumma capita delibaverimus. Mirabitur fortaſſe quiſpiam me denuo hic commentaria inſtituere de homine, cuius fama utraſque omnium percellit aures, quique dum a nonnullis veluti ſui ſeculi decus & maxima gloria evehitur ad Deos, ab aliis Diris devovetur, atque uti horrendum impietatis monſtrum traducitur: miretur tamen, per me quidem licet, namque etſi permulta iam prorſus vulgata in medium rurſus ſim prolaturus, invidiae notam ſane, ſpero, fugiam apud quoſque emunctae

munctae naris homines & cordatos, quibus profecto nil antiquius ſemper fuit quam ut veritas pateat, quae cum in Photii cauſa denſiſſimis undique tenebris obruatur, vix ac ne vix quidem multis exantlatis laboribus, lucidiſque mutuatis hinc & inde facibus, ipſam quis par erit aſſequi, & opportune aliis oſtendere. Si collimavero ad ſcopum ſatis mihi erit ſpicula direxiſſe, atque alter ſi feriet novum is mihi Numen habebitur, quapropter nulli ſua invidens, rem nec minimum cunctans aggredior.

FRANCISCI FONTANI

DE PHOTIO

NOVÆ ROMAE EPISCOPO

EIUSQUE SCRIPTIS

DISSERTATIO.

PHotius ortu, ut videtur, Conſtantinopolitanus, Taraſii Patriarchae nepos, ſplendorem generis (1) a parenti-

(1) Baronius ſemper infenſus Photio ea ſane loquendi criminandique ratione, quae cordatum virum prorſus dedecet, ſaepius ipſum exagitat quaſi fuiſſet ſpado, idque praecipue ad An. Chr. 858. N. XLIX. & LV., nec non ad An. 861. N. XV. & alibi. Eminentiſſimus auctor tamen falſus eſt a mendaci titulo cuiusdam epiſtolae, quam Photio adiudicant vetuſtiſſimi omnes codices, praeter unum de quo nihil conſtat, quoque uſus eſt Fridericus Metius Thermularum epiſcopus, & qui non Photio, ſed Ioanni Patricio epiſtolam tribuit. Photii tamen eam eſſe quae habetur N. 49. in editione Londinenſi An. 1651. non tantum oſtendunt vetuſtas Codicis ab Orientis oris in Angliam delati, publicique iu-

ris

bus, qui mortem pro Chriſto, cauſa forte Ichonoclaſtarum, obierant, acceptum, eru-

---

ris facti a Rogerio Daniele cum latina interpretatione Richardi Montacutii, æque ac codex Maximi Margunii Cytherenſis Epiſcopi, quem David Hoeſchelius An. 1601. graece edidit *Auguſt. Vindelic.*, verum etiam ipſius affinitas epiſtolae cum ea quae habetur N. 86., & quam Photio ipſe Baronius adiudicat. Neque is reponat unum Photium ſpectare quae in ea inviſuntur epiſtola: πόθεν οὖν, ſcilicet, σὺ τοὺς ἑκατέρωθεν ὅρους ὑπερβὰς εἰς τὰ τῆς ἐκκλησίας Θεοῦ μυστήρια παρεισέφησας, ἄνω καὶ κάτω πάντα ποιῶν; *Cur igitur tu poſitos utrinque limites tranſiliens in Eccleſiae Dei myſteria irrupiſti, ſuſque deque omnia habens?* nam Photius ut deinceps oſtendetur, non Patriarchatum ambiit, quidquid is rudat una cum Anaſtaſio Bibliothecario, ſed invitus & coactus iniit, eoque Eccleſiam regente, Ioannes Patricius, qui γάλλος erat, *Spado* ſcilicet, & ſacellarius, praefectus videlicet colligendis pecuniis, in Eccleſia ipſa turbas excitabat. Animadvertendum praeterea neque Theognoſtum monachum, neque Nicetam Davidem Paphlagonem, neque Metrophanem Smyrnaeum, neque alios Photio infenſiſſimos unquam de hoc ſubmurmuraſſe, vel innuiſſe quid minimum. Quapropter non poſſum quin mirer Matthaeum Raderum in *Praefatione ad* VIII. *Synodum*, Nicolaum Serrarium *Lib.* 1. *Rerum Moguntic arum*, Samuelem Mareſium in *Ioanna Papiſſa reſtituta pag.* 47. & Philippum ipſum Labbaeum in Diſſertatione philologica da ſcriptoribus Eccleſiaſticis Tom. II., viros ceteroquin κριτικοτέρους, nullo inſtituto examine, Baronio aequo nimium adhaeſiſſe. Vide Martini Hankii librum *De Byzantinarum rerum Scriptoribus Part. I. Cap.* 18. §. 3. *& ſequ.*

eruditione, doctrina, & pro Republica muniis illi delatis auxit adeo, ut brevi ſummi honores ultro ei patuerint, in iiſque ita ſe geſſerit ut nulla cum amicis intercederet laudis aemulatio. Exacta itaque in mitioribus Muſis, ac ſeverioribus diſciplinis adoleſcentia ad Rempublicam acceſſit, & primum Protoſpatharii (2) munere donatus, deinde etiam Protoſecretarii, ſic ſibi Caeſaris devinxit animum, ut ardua quaeque eius fidei com-

(2) Ὁ πρωτοσπαθάριος, ait Georgius Codinus in libro *De Conſtantinopolit. Officiis Cap. V. §. 55.*, λέγεται, ὅτι κατὰ μὲν τὸ παλαιὸν πρῶτος τῶν σπαθαρίων παραμονῶν. *Protoſpatharius dicitur, quoniam erat olim primus inter ſpatharios ſtationarios*. Et re quidem vera σπάθη graecis idem quod latinis *Gladius*, quapropter Heſychius in Lexico σπάθη μάχαιρα, ξίφος. *Spatha enſis, gladius*. Sicuti vero Protoſpatharius primus inter Spatharius erat, ita & protoſecretarius, primus inter eos qui a ſecretis ſunt dicebatur, teſte eodem Codino §. 39. hiſce verbis: τὸ τοῦ πρωτασηκρῆτις ὑπηρέτημα δῆλον καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος· πρῶτος γὰρ τῶν σεκρέτων λέγεται. *Protoſecretarii munus manifeſtum etiam ex ipſo nomine; primus enim ſecretariorum dicitur*. Utramque vero hanc dignitatem Photium obtinuiſſe, nec non Senatoris munere functum teſtantur Nicetas Paphlago in *Ignatii vita*, Leo Grammaticus *in Chronographia*, Georgius Cedrenus *in Hiſtoriarum Breviario*, Ioannes Zonaras *Annalium Tom. III.*, & Ioannes Diaconus *in Ioſephi Hymnographi Vita*.

committerentur, ſenatuſque Conſtantinopolitani Princeps renuntiaretur, qua auctus dignitate ad Aſſyrios legatione etiam functus eſt, quemadmodum ipſe Photius teſtatur in ſua ad Taraſium fratrem epiſtola, quam Myriobiblo ſuo, vel Bibliothecae praemiſit hiſce verbis: Επειδὴ τῷ ⸗ε κοινῷ τῆς πρεσβείας, καὶ ⸗ῇ βασιλείῳ ψήφῳ, πρεσβεύειν ἡμᾶς ἐπ' Ασσυρίους αἱρεθέν⸗ας, ἤτισας τὰς ὑποθέσεις ἐκείνων τῶν βιβλίων, οἷς μὴ παρέτυχες ἀναγινωσκομένοις, γραφῆναί σοι, ἀδελφῶν φίλτατέ μοι Ταρασ⸗ιε. *Poſtquam ab univerſo ſenatu, ipſoque Regio ſuffragio, legatus in Aſſyriam delectus ſum, poſtulaſti argumenta eorum librorum, quorum recitationi non interfuiſſes, deſcribi tibi, fratrum amantiſſime Taraſi.* Magnam utique hiſce maximi momenti muniis obeundis iniit Photius gratiam cum Imperii proceribus, ſuiſque adjutus virtutibus, non ambitu & malis artibus, uti contendit Baronius, ad Patriarchatus dignitatem evectus eſt. Ut id vero latius pateat, incoeptumque melius decurram laborem, & intortum atque abruptum iter quod arripui planius fiat, altius

altius hiſtoriam inſpicere eſt opus, & quaeſtionum fontes inviſere.

E vivis ſublato Methodio Conſtantinopolitano Patriarcha anno Chriſti 847. ſextoque Michaelis qui poſt Theophilum patrem una cum matre Theodora Byzantinum Imperium moderabatur, Ignatius ſuffectus eſt, qui, teſte Michaele monacho in *Ignatii Encomio*, & Ioanne Scylitza Curopalate *in ſuo hiſtoriarum Breviario*, cum Nicephori Imperatoris ex filia nepos eſſet, & Michaelis Rangabi qui regno exciderat filius, a Leone Armeno eviratus Monachi vitam arripuerat invidiam declinaturus. Nonnullae jam ſimultates interceſſerant inter Ignatium, & Gregorium Asbeſtam Syracuſanum Antiſtitem, qui ab ipſo Ignatio admonitus *ne initiationi ſuae intereſſet*, ut ait Nicetas, exarſit in iras, & Petro Sardorum epiſcopo, Eulampoque Apameae, ac nonnullis aliis *τῶν εὐσημοτέρων κληρικῶν ex inſignoribus clericis* (3)

(3) Ita Codices duo Vaticani, ita Codex Med. Laurentianus, & ille quem viderat Martinus Hankius, ut videre eſt penes ipſum in *Lib. De Byzantinarum*

in partem ſui odii accitis ingentes turbas excitavit, ac fovit. Hinc inde diu digladiatum eſt anathematibus, cumque homines perquam facillime in rixando modum non ſervent, ſed nimiùm diſputationis aeſtu abrepti abalienentur ab aequo, factum eſt hoſce duos capitales hoſtes & infeſtos evaſiſſe adeo ut alter alterum diris devoveret, & contra fas invidiam ſibi invicem conciliarent, ac de gradu deicere ſtuderent.

Accidit interea quod Bardas Caeſar Michaelis Auguſti avunculus repudiata uxore, nuru inceſte utebatur, id quod cum ab Ignatio reſcitum eſſet, minis primum & objurgationibus, anathematibus dein appetitus, & ab Eccleſia remotus, adeo in Pontificem exſcanduit, ut quem ſibi diu devincire nequicquam ſtuduerat, perſequendum ſanciret. Criminari itaque ipſum paenes Imperatorem coepit, & quoniam is adhuc iuvenis Matris arbitrio ac Sororum imperium moderabatur, a Bar-

---

narum rerum Scriptoribus pag. 275. Et recte ſane: quomodo enim niſi iniuria ἀσημοτέρων κληρικῶν nomine indigitandi erant a Niceta illuſtrium Eccleſiarum Antiſtites Petrus, Eulampus, atque alii.

a Barda adactus eſt ut ſeſe in libertatem vindicaret, ea ſane tantum fruiturus, cum eas Monaſterio addictas Ignatium cogeret ſacris initiare. Iuvenilem hiſce animum facile Caeſar flexit, quapropter Michael Patriarchae mandat ut dicto pareat matrem ſororeſque tondens, minaturque ſe illum a ſede extorrem facturum ſi renuat; hoc enim rerum ſumma expetebat, namque adventarat Dyrrachio bardus quidam homo nomine Gebo, qui etſi clericali militiae adſcriptus, tamen cum Theodorae Auguſtae filium ex alio viro ſe eſſe in vulgus proderet tumultus ciebat aliquando, populuſque novitatis amans ipſi nonnihil adhaerebat. Bardas itaque nactus opportunitatem Principis animum in Auguſtas impulit, & ex enixa Ignatii repugnantia ſuſpicatus eum proditionis reum, Gebonem in Inſula Oxia detineri juſſit, matrem ſororeſque in Cariani aedes deportandas tondendaſque mandavit, & Patriarcham Ignatium a ſede ablegavit, & in inſulam Terebinthum exulem egit (4). Acto in exi-

(4) Bardae inceſtos amores, prava conſilia, ſusdeque

lium Ignatio Michael & Bardas omnem navabant operam ut Regiae urbis epiſcopum deſignarent, καὶ πλεῖστα ait Nicetas in *Ignatii Vita*, καθ' ἑαυτοὺς συσκεψάμενοι, καὶ πᾶσαν κεκινηκότες βουλὴν, Φώτιον πρωτοσπαθάριόν τε ὄντα καὶ πρωτασηκρῆτιν, εἰς ἀρχιερέα τῆς Βασιλίδος προχειρίζονται. *Cumque diu inter ſe agitaſſent, & in omnem partem verſaſſent conſilium, Photium protoſpatharium, & protoſecretarium, Regiae urbis Patriarcham deſignant*; Photium, inquam, teſte Studita Monacho auctore propemodum Synchrono in *Nicolai Studitae vita* ἐπ' εὐλαβείᾳ δὲ καὶ γνώσει πολλῇ φημιζόμενον; ſcilicet *Religione pariter ac multa ſcientia percelebrem*. Quid ad haec Baronius, cui Photius vaferrimus ſemper eſt, ſacerdotalis dignitatis putidus affectator, Religionis hoſtis nequiſſimus, rerum divinarum & Eccleſiaſticarum ignorantiſſimus? Is certe peſſumdata quavis ſanioris Critices regula, totus

---

deque omnia ab eo everſa habes in Niceta in *Ignatii vita*, in Theognoſto Monacho in *Libello* quem Ignatii nomine ad Nicolaum I. dedit, in Leone Grammatico in *Chronographia*, & in Zonara *Annalium Tom.* III., ut alios praeteream.

totus haeret Nicetae Paphlagoni, qui, oratorio more Ignatii laudes profequens Photium undique exagitat neque mediocriter neque diffimulanter, & quae ex tutioribus monumentis haurire ipfe poterat, a praeoccupatis teftibus haurit, qui nec fibi femper conftant, etfi alter alterius pene verba, ne dicam fententias exfcribat. Quid vetabor ergo aequam aurem praebere ipfi Photio ad Nicolaum I. fcribenti Patriarchatum adeo fibi non expetitum, ut potius nullis rationibus, lacrumis nullis, multis dolorum indiciis non potuerit declinare tum Imperatoris voluntatem, tum magnae Synodi indiffolubilem confenfionem? Reponet Baronius hifce querelis voluiffe Photium fucum facere Romano Epifcopo. Eſto; poterat ne vero Bardae illudere, quo, fi Ignatianis fides habenda eft, Photius utebatur uti maximo fui moliminis adminiſtro? Eſto quod Nicolaum fperaverit decipere, numquam tamen Bardam (5), de-

(5) Photii epiſtolas ad Nicolaum habes apud Baronium *Tom.* VIII. *Pag.* 178. *& feq.* Latio donatas a Pet. Morino: inter eas vero quae ad Bardam miſſae

demenſque prorſus haberi deberet cum toties ſe invitum ac renuentem ad Patriarchatus dignitatem protractum illis ipſis obtrudere ſtudeat, qui mendacii reum agere valebant. Invitus itaque Photius epiſcopatum adiit, non ipſo eo die quo Ignatius in exilium eſt deportatus, ut impudentiſſime ſane ſcripſit Stylianus in ſuis ad Stephanum IV. epiſtolis, ſed expetitis jam ab ablegato Ignatio libellis, quibus abdicationem dignitatis libere profiteretur, non per vim & praedatorio more obtruſus, ſed ab Imperatore intra Concilium, epiſcopis per ſuffragia voluntatem ipſorum patefacientibus, electus, non turbis undique excitatis & Acheronte moto per vim in ſedem intruſus, ſed Orientalis Eccleſiae moribus ſervatis ad Pontificatum evocatus. Quid plura? motos iam fluctus componere ſtudebant Ignatiani majores utique in dies rixas excitando, & qui non poterant Photium de gradu deicere, omnem move-

---

miſſae ſunt legas praecipue Tertiam & Sextam, ex quibus erues quam facile quis decipiatur cum omnia non expendit antequam iudicium de quovis ferat.

vebant lapidem ut odio eum omnes profequerentur, vexabantque ſingulos qui Patriarchae quoquo modo ſtuderent. Dire angebatur animo Photius, cumque videret ſui cauſa malis quibuſque affici inſontes, Bardam compellat datis ad ipſum Epiſtolis, in quibus cordis ſui cruciatus ob res Eccleſiae peſſumdatas ex obortis ſimultatibus aperiens: ἐξερχόμεθα τοῦ τόπου, ait, παυέσθω φθόνος. εἰ δὲ μὴ, λιποῦμέν τινας· μᾶλλον δὲ εἰ μὴ, κἂν τούτῳ γραφώμεθα· καὶ τὸν χοιστρὸν ἐκτινάσσομεν, ἀποδιδόμεθα τὸν θρόνον· ἀποδιδόσθωσαν τὸν καθ' ἡμῶν δόλον, τὰς ἐπιτηρήσεις, τὰς ἐνέδρας, τὰς ἐπιβουλάς. *Loco quin cedimus, ceſſet invidia. Quod ſi non facimus, quoſdam afficimus moerore, potius & ob hoc ipſum in jus rapiemur: excuſſo pulvere ſedem deſerimus, quocirca dolos deinceps in nos conſtruere, & meditari deſinant, ne obſervent, inſidientur, impreſſiones faciant.* Num igitur dicendum Photium affectaſſe Patriarchatum, idque malis quibuſque artibus, qui loco ultro cedit ne aliorum in ſe invidia inſontibus obſit? Nec commententur Nicetae devoti alienam prorſus

ſus ab hiſce oſtendiſſe mentem Photium, cum ſynodo ab Ignatianis coactae in S. Irenes aede, uti tradit Metrophanes *in litteris ad Manuelem Patricium*, contraire viſus eſt; atque iis parem gratiam relaturus, Mihaelis Imperatoris auctoritate in SS. Apoſtolorum templo coëgit concilium; nam lite nondum dirempta, nec die dicto ipſi reo ut vel a criminibus ſe purgaret, quis poterat inter frementes populos anathematibus perculſus tuto verſari? Arma armis laceſſitus retudit, ac ſi modum nonnihil exceſſit, quod non inficiabor equidem, Ignatiani tamen prius exceſſere.

Novas interim turbas maleferiati homines excitabant in dies, & Orientis Eccleſia duas in partes diviſa, hinc Iconolatrae, inde Iconomachi rixabantur; atque adeo undique furoris aeſtus utrosque rapiebat, ut ſanguine ipſa fora, & templa redundarent. Eo acrius itaque angebatur animo Michael quo videbat numquam ſe poſſe pacem componere, diſſociatis animis epiſcoporum; quapropter, Barda auctore, ne alterutram partem offenderet, Romam legatos miſit ad

Nico-

Nicolaum I., qui catholicum Conſtantinopoli Concilium indiceret, atque in eo non tantum de Imaginibus expenderentur oborta jurgia, verum & Photii Ignatiique lites dirimerentur. Quoties conſilium hoc initum fuiſſet primoribus Eccleſiae ſeculis, facile integri mores in pacatis animis amicitiam redintegraſſent, ſed impotens Romanorum Pontificum dominatus cum iam invaluiſſet praeter Chriſti ſervatoris mentem, & ſancita in ſacris conventubus, exinde factum eſt quod ſchiſma prodiret Orientalem inter & Occidentalem Eccleſias, & diu nimium vigeret uſque ad haec noſtra tempora. Antequam vero ad alia properemus praeſtat hoc loci nonnulla praelibare quae ſchiſmatis cauſam liquido aperient. Cum ante, tum poſt Nicaenum I. Concilium An. 325. habitum, epiſcoporum dignitas ex urbium dignitate exiſtimabatur, & Imperio ſeiuncto, ſicuti in Occidente Romanus Pontifex omnium praecipuus habebatur, ita & Patriarcha Conſtantinopolitanus in Oriente. Id apertiſſime ſane innuunt Honorius, & Theodoſius in litteris ad Philippum P. P. Illyrici An.

Ch.

Ch. 421. datis Euſtathio & Agricola Coſ., quas in Codice Imp. Iuſtiniani reperimus *Lib. I. Tit. II. de Sacroſanctis Eccleſiis, Lege VI.* hiſce verbis: *Omni novatione ceſſante, vetuſtatem & canones priſtinos eccleſiaſticos, qui uſque nunc tenuerunt; etiam per omnes Illyrici provincias ſervari praecipimus: ut ſi quid dubietatis emerſerit, id oporteat non abſque ſcientia viri reverendiſſimi, ſacroſanctae legis Antiſtitis urbis Conſtantinopolitanae, quae Romae veteris praerogativa laetatur conventui ſacerdotali, ſanctoque iudicio reſervari. Dat. Prid. Id. Iul. Euſtathio, & Agricola Coſ.* Luculentius id innuit & Canon XXVIII. Concilii Chalcedonenſis, Martiano, & Valentiano III. Imperantibus An. 451. coacti, qui eſt huiuſmodi: πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ρν'. θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομεν, καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ρώμης. καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι

καὶ τὰ πρεσβεῖα· καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ρώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῷ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ρώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, ὡς ἐκείνην, μεγαλήνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. *Ubique & SS. Patrum decretis inſiſtentes, & qui nuper lectus eſt, canonem centum & quinquaginta Dei amantiſſimorum epiſcoporum* (Concilii Conſtantinopolitani) *agnoſcentes, eadem & nos decernimus & ſtatuimus de privilegiis ſanctiſſimae Eccleſiae Conſtantinopolis, novae Romae. Etenim throno veteris Romae, propterea quod imperaret urbs illa, Patres iure privilegia dedere. Et eadem ratione commoti centum quinquaginta Dei amantiſſimi epiſcopi, aequalia privilegia tribuerunt novae Romae ſanctiſſimo throno, recte judicantes Imperio & ſenatu honoratam urbem, & aequalibus fruentem privilegiis cum veteri regina Roma, etiam in rebus eccleſiaſticis, ſicut illam, eſſe magnifaciendam, quippe quae*

poſt

poſt illam ſecunda ſit. Nil luculentius ſane hoc Canone ad dignitatem Epiſcopalium ſedium adſtruendam, quapropter optime quidem animaduertit Nilus Archimandrita cognomento Doxapatrius in ſuo *de quinque Patriarchalibus Thronis* libello, quem ad Rogerium Siciliae Regem ſcripſit inquiens: Ορᾷς, ὅπως ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος προφανῶς ἐλέγχονται ληροῦντες οἱ λέγοντες προλιμηθῆναι τὴν Ρώμην διὰ τὸν ἅγιον Πέτρον. Ιδοὺ γὰρ προφανῶς ὁ κανὼν οὗτος τῆς ἁγίας συνόδου φησὶ, διὰ τὸ εἶναι τὴν Ρώμην βασίλισσαν, ἔχειν τὴν προτίμησιν, μέχρι γὰρ τότε, καὶ ἐπὶ πολλοῖς χρόνοις βασιλεὺς ἐκεῖσε ἀπὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως βασιλέως ἐπέμπετο. κ. τ. λ. *Vides, ut ex hoc canone palam redargui nugatores poſſint, dicentes, honoris Primatum Romam propter S. Petrum conſecutam. Ecce enim aperte canon hic ſanctae Synodi dicit, Romam, quoniam ſit Imperatrix, honores habere primos; ad illud enim tempus, & multa poſt tempora, Imperator eo a Conſtantinopolitano Imperatore mittebatur* (6) *ec.*

(6) Vide etiam Comnenam *Lib. I. Alexiados*, Ioan-

ec. His itaque in Eccleſia iam rite ſancitis, cordatiores inter Graecos facile videbant Michaëlem Nicolao ſternere viam ut eo potiretur dominatu in Oriente, quem ſibi jam in Occidente confirmaverat, nec poterant quin ſubmurmurarent ; Nicolaus vero utraque manu, temporis opportunitatem nactus conſiliis obſequendi ſuis, occaſione arrepta, eo miſit legatos Rodoaldum Portuenſem, & Zachariam Anagnium Epiſcopos, compoſituros ibidem in Concilio litem de Imaginum cultu, tantum exploraturos vero de Patriarchatus controverſia, ipſi enim inerat animo Romae cauſam agitare, ac veluti unus arbiter ferre proprio jure ſententiam. Audiatur ipſemet qui ſcribens ad Orientalem Eccleſiam, An. Chr. 861. inquit: *Dirigere, ut omnibus patet, illuc ſtudui-mus ex latere Pontificatus noſtri Legatos,*

Ioannem Cinnamum *Lib. V. Hiſtoriarum Cap.* 10. Nilum Archiepiſcopum Theſſalonicenſem *de Papae Primatu Lib.* II. Barlaamum monachum *de Papae Principatu Cap.* V. & VI. Theodorum Balſamonem, Ioannem Zonaram, & Alexium Ariſtenum *in Scholiis* ad Concilii Chalcedonenſis *Canonem* XXVIII. qui omnes eadem recinunt tam aperte, ut nullus ambigendi locus ſuperſit.

qui noſtra Apoſtolica auctoritate muniti, errata corrigerent, & depravata quaeque ad rectitudinis tramitem perducerent. Super Photio quoque & Ignatio Patriarcha rei geſtae veritatem inquirerent, noſtroque Apoſtolatui legitime definienda (Deo auctore) ad liquidum nunciare ſtuduiſſent: quatenus Miſſorum noſtrorum fieret tantum inquiſitio, & vera examinatio, nobis tamen remaneret reſervata definitio. Nova prorſus huiuſmodi loquendi ratio ſtomachum movit primum graecis, & Michaëli qui aegre ferens Eccleſiae libertatem infringi, ſancivit inde graviſſimam de Patriarchatu litem Conſtantinopoli dirimendam eſſe, quapropter coacta magna Synodo (7) CCCXVIII.

---

(7) Synodus haec quae a Graecis habetur pro Oecumenica πρώτη δευτέρα etiam appellatur, quod diſcordiis ſoluta primum, poſtliminio inde fuerit inſtaurata. Audias Theodorum Balſamonem in Scholiis ad huius concilii canones ita rem explanantem ex interpretatione Gentiani Herveti: *Tempore Sanctiſſimi illius Patriarchae Photii qui Nomocanon compoſuit, coacta eſt adverſum Ignatium Beatiſſimum Patriarcham univerſalis Synodus. Cum autem dictae eſſent dogmaticae cauſae, fuit diviſio, & ſeditio Synodi; utpote iis qui non recte ſentiebant, cum victi eſſent, orthodoxis aſſentiri nolentibus. Propterea & divi-*

CCCXVIII. Epiſcoporum in Apoſtolorum templo, Legatis Romanis praeſentibus decretum fuit, adimendum Ignatio Patriarchatum, Photioque adſtruendum. Exarſit in iras Nicolaus, & quoniam ab omni praeconcepta ſpe deciderat arrepto calamo virus evomuit in Photium, & in ſuos ipſius legatos, anathemate utroſque percuſſit, nec valens iram compeſcere poſtquam iterato ſcripſerat *Legatos in contrarium omnia vertiſſe quae illis fuerant imperata*, Canones a Photio violatos contendit, quod laicus Patriarchatum invaſerat, moechumque appellans, ſuum calculum addere habitae Synodo denegavit. Scripſit & ad Michaëlem adeo vero ut facile quis eius mentem aſſequatur, & noſcat in id unum ipſum intendere, ut effutiat nihil diſſidii, obortaeque quaeſtionis in quavis Eccleſia componi poſſe, niſi conſulto prius Romano epiſcopo, a quo uno volebat univerſam

---

divinis Patribus opus fuit, ut fieret ſecundus conventus, & ſcriberentur quae prius dicta erant & confirmata. Ex eo ergo nominata eſt haec Synodus prima & ſecunda. Vide & Ioannem Zonaram, eadem prorſus ſcribentem.

Eccleſiam pendere omnino. Quapropter in epiſtola V. ad Imperatorem poſtquam dixit ſe nullo modo velle Photium recipere *ex laicali agmine improvide ſubrogatum epiſcopum*, nonnullis interpoſitis, ait: *Quin potius, ſereniſſime fili Auguſte, delectionem veſtram monemus, ſuademus, atque Apoſtolica auctoritate denunciamus, ut tandem aliquando reſiſtatis illis, qui pro lubitu ſuae voluntatis, contra Conſtantinopolitanae Eccleſiae praeſulem erigentes, ſine examinatione canonica, ignorantibus nobis, crebro unum deponentes, alterum inopinate conſecrare nituntur: unde haec diſcuſſio in orientalibus veſtris conventubus, heu! plurimum agitatur: ſed magis ſtudeatis, quando aliqua emerſerint, unde ſchiſma poſſit oriri, noſtrae Eccleſiae conſultu peragere: quatenus ſicut jam factum pro ſanctis Imaginibus novimus, quod juſte deliberatum eſt, maneat Apoſtolicae Sedis auctoritate firmatum*. Quid hiſce verbis aptius ad infirmandam Eccleſiæ libertatem? Novit ſane Photius Nicolai mentem, novit & Michaël, atque alter dum confirmabat ſibi laico quidem, Canones tamen minime violanti Patriarchatum ſu-

ſuſceptum, penes graecos enim haud nefas erat laicum epiſcopalem thronum adire, uti Nectario, Taraſio, Nicephoro atque aliis impune contigit; alter acrioribus litteris infirmare ſtudebat Pontificis conatus, contendens ſe tantum ab eo legatos petiiſſe ut eius gratiam iniret, non ut contra Eccleſiae jura, quae ipſe ſibi iniuria vindicabat adſtrueret; numquam enim niſi honoris gratia Graeci Imperatores certiorem fecerant Romanum Epiſcopum de iis quae ipſorum Eccleſiam ſpectarent.

Dum haec hinc & inde agerentur, Bardas Caeſar veluti ſtructarum inſidiarum reus actus apud Imperatorem, necatur die XXI. Aprilis An. Chr. 866., atque ipſo Pentecoſtes die, VII. ſcilicet Kalendas Iunias Michaël Baſilium Caeſaris nomine donat atque inſigniis per ipſum Photium, ut ſolemnior pompa fieret ac ſpecioſior. Nova tunc ſpes Græcorum animos erexit, noverant enim Baſilii ingenium, qui cum virtute & prudentia multis praeſtaret, futurum erat ut forte eius conſiliis Imperium tutius firmaretur. Legationem interim, jam ad finem ver-

gente anno 866., Nicolaus miſit in Orientem, Donatumque epiſcopum, Leonem presbyterum, & Marinum Diaconum eam obire voluit, ac per hos urgebat ut Michaël igni devoveret litteras, quibus ipſe docuerat Romanam Eccleſiam ceterarum non eſſe matrem & principem, minitabaturque, ſi renuiſſet dictis parere, ſe in Occidentali Concilio auctores quidem litterarum veluti impietatis reos condemnaturum, atque ipſas litteras non ſine Graecorum probro daturum flammis, & contendebat Imperatoris omnino eſſe Photium de gradu deicere Romamque mittere, ut ibi de eo, atque de ipſius cauſa ſententia ferretur. Quo tamen acrius Nicolaus inſtabat, eo ſegnius ipſi parendum tum Imperator, tum Baſilius Caeſar autumabant, quapropter cum reſciviſſent qua de cauſa ad ipſos legati mitterentur, decreverunt eos ab Imperii finibus arcendos, ni datis libellis damnarent quae damnanda Graeci credebant. Victas quidem manus dediſſet quivis alter Pontifex, & tempori inſerviens, Eccleſiae paci conſuluiſſet aeterni Pontificis Chriſti ritu,

modo-

modoque, qui Regnum ſuum de hoc mundo non eſſe dixit; ſecus tamen Nicolaus ſe geſſit, ac ſemper ſibi ſtudens, ſuoque faſtui, novas excitavit turbas, ſuae ſedi vindicans jura in Bulgariam, quae recens victa a Graecis, uti jugo Orientalis Imperii ſeſe ſubdiderat, ita & ſacro tincta Baptiſmate Conſtantinopolitano Patriarchae ſubditam ſe profitebatur.

Ἐπισκόπους ταῖς ὑπαροίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς ἐκκλησίας. *Ne Epiſcopi ad Eccleſias extra ſuos terminos ſitas accederent, neque Eccleſias confunderent* ſancitum jam inde erat *Canone* II. Concilii Conſtantinopolitani, & *Canone* III. eiusdem Concilii Τὸν μὲν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ρώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ρώμην. *Conſtantinopolitanae Civitatis epiſcopum habere privilegia honoris poſt Romanum Epiſcopum, eoquod ſit ipſa nova Roma.* Praeterea Canon XXVIII. Concilii Chalcedonenſis eadem decreverat ac firmarat, necnon CXXXI. Novella Iuſtiniani, qui regiones cuique epiſcopali throno tribuens, Bulgariam Conſtantinopolitano Patriarchatui

ſubeſſe conſtituerat. Hiſce nixus itaque Photius presbyteros in Bulgariam miſerat ut populos Chriſti legem docerent graecorum more, cum Nicolaus ſtuduit eo mittere latinos Epiſcopos, qui Bulgaros a graecorum dogmatibus ſibi ſuiſque infeſtis avertantes, ad Latinorum dogmata converterent. Non favit ſane lingua tunc Photius, ac ſtricto calamo Archiepiſcopales in Oriente thronos compellavit acrioribus litteris, ut vires exererent contra Nicolai conatus, quibus non utique opportune retuſis, futurum fore videbat quod Eccleſiae Univerſae jura, contra Synodorum omnium ſancita & Patrum, in unum Romanum Epiſcopum reciderent. Non inficiabor equidem nimium forte in hiſce epiſtolis irae fraena laxaſſe Photium in Romanos, uti etiam fecit in Synodo quam Conſtantinopoli habuit, & in qua par pari ſtudens Nicolao referre, Romano Pontificatu indignum eum pronuntiavit; ſed quis tam ferreus qui non iraſcatur homini omnia ſus deque vertenti ut ſubditos quoſque ſibi reddat? Novum prorſus graecis erat Occidentis Patriarcham in Orien-

Orientales thronos quidquam moliri, atque etſi Baronius, Photioque omnes infenſi effutiant ſuo jure potitum eſſe Nicolaum cum Bulgaros Latinae Eccleſiae addictos voluit, tamen cum argumenta deſint, nec quid aliud nobis occinant praeterquamquod Photius ab Eccleſia remotus Romano anathemate, e gradu dejectus aeque haberi debebat, ne putent tamen ſuo ſe munere penitus functos eſſe verba non argumenta obtrudentes. Eſto quod Photius merito, etiam inauditus, poenas deberet pendere, a patriarchatu deici, ludibrio omnibus haberi, attamen aequi iudicis erat nolle diteſcere alienis impenſis, adhuc enim ſupererat Ignatius, cui debebatur Bulgaria utpote vero Conſtantinopolitano Epiſcopo, ſi Photii dilucide patuiſſet iniuria, & indebitum Sacerdotium. Illud tamen ipſum conſilium quo excitatus Nicolaus ſibi antea vindicare contenderat judicium Ignatium inter & Photium, illud ſane & eum nunc excitavit ut Bulgaros ſibi ſubderet, nulla juris habita ratione vel canonum, quos Eccleſia Univerſa non ſemel ſanciverat.

No-

Novam interim rerum ſeriem orditur Baſilius Caeſar, qui auctor necis Michaëlis Imperatoris, die XXIII. Septembris Anni 867. Imperii habenas unus ſuſcepit, & *Poſtero die*, ait Nicetas in Ignatii vita, *quam renuntiatus erat Imperator*, *Photium de throno deturbatum*, *in coenobium Scepen ejecit*. Qua de cauſa Baſilius Photium antea amicum dignitate ſpoliaverit, permulti ſilentio premunt, nonnulli divinare ſtudent, aliqui vero, quorum agmen ducit Baronius, hoc factum honori tribuentes Baſilio, volunt ipſum inita jam gratia cum Nicolao, quem turbarum omnium Orientalis Eccleſiae judicem conſtituerat, Photium removiſſe, & Ignatium iterum revocaſſe. Sed quis nam praeter unum Iudaeum Apellam aequas huic commento aures praebebit, cum Nicetas ipſe dicat quod proprio Marte, ac *poſtero die quam renuntiatus erat Imperator* Photium Baſilius ſubmovit, & Conſtantinus Manaſſes *in Annalibus Verſ.* 5215. *&* 5216., idem teſtetur dicens:

Οὗτος εὐθὺς τὸν Φώτιον ὠθεῖ τῆς ἐκκλησίας,
Καὶ πάλιν ἀποδίδωσι τὸν θρονον Ιγνατίῳ.

Ille ſtatim Photium pellit ab Eccleſia
Et iterum reddit thronum Ignatio?

Quidquid delirat Baronius, plectitur Photius, qui ſua ſpoliatus dignitate innuitur ex privatis Baſilii conſiliis etiam ab Anonymo in Libro, quo veteris Romae ab Eccleſia Graeca divulſionem deſcribit inquiens: τοῦ βασιλέως Βασιλείου διά τινας οἰκείας ὀρέξεις, ὡς ἔθος τοῖς κρατοῦσι, τὸν Φώτιον καταβιβάσαντος, καὶ τὸν Ιγνάτιον αὖθις τῷ πατριαρχικῷ θρόνῳ ἐνκαθιδρύσαντος: *Cum Imperator Baſilius propter nonnulla ſua deſideria, ut mos eſt principibus, Photium dejeciſſet, ac Patriarchali throno rurſus Ignatium reſtituiſſet*: ni velimus etiam Photium e gradu deiectum eo quia Michaëlis caedem Baſilio exprobrarit, & ab Euchariſtiae communione removerit, uti Photius ipſe in ſuis ad Theodoſium monachum epiſtolis 117., & 118. ſubindicare videtur, apertiſſime vero oſtendit Zonaras *Tomo* III. *Annalium* hiſce verbis:

bis: *Baſilius die feſto magnam eccleſiam ingreſſus, ut incruentae victimae particeps eſſet, a Photio patriarcha eſt prohibitus, eum homicidam appellante: ob quam repulſam iratus, indicto Concilio, Photium eccleſia expulit, quaſi Ignatius contra leges a Barda Caeſare ſede pontificia deiectus eſſet, & ille non rite thronum eo ſuperſtite occupaſſet: eoque praetextu abuſus Ignatium in Pontificatus ſpeculam reſtituit.* Non me quidem latet haec innotuiſſe etiam Baronio, qui ad An. Chr. 867. Num. CI. profitetur, nullo tamen adhibito rationis momento, *haec Zonaram ſchiſmaticum faventem ſchiſmatico dixiſſe, & novam & inauditam finxiſſe cauſam Photii eiectionis. Non enim probatur*, is addit, *quod ait expulſum Photium, quod homicidii Imperatorem redarguiſſet, ſed potius quod a Nicolao Pontifice iam tertio damnatus eſſet. Ita ſcriptae epiſtolae Pontificiae, ita Acta Synodi octavae, ita Nicetas, ac denique ceteri omnes teſtantur veteres Graecorum hiſtorici; ut de his nulla poſſit oriri dubitatio.* Sed quis adeo bardus qui facile credat Eminentiſſimo auctori, qui ſibi ipſe teſtes fingit infenſiſſimo

mo odio ductus in Photium? Ubi nam sunt graecorum veteres historici qui testentur Photium honore excidisse eo quia Iudice Nicolao ter esset damnatus? Proferat sane Baronius ni velit mendax haberi, quis auctor id dicat, namque ego, nullius in fidem iurare suetus, non solum Niceram Davidem Paphlagonem, quem ipse nominatim laudat, integrum semel & iterum legi, verum & Constantinum Porphyrogenitum, Ioannem Scylitzam, Georgium Cedrenum, Michaëlem Glycam, Constantinum Manasseem, atque alios veteres Photii hostes expendere studui, nec mihi datum fuit invenire quod ipsi testati essent, Photium scilicet ideo excidisse, *quod a Nicolao Pontifice iam tertio damnatus esset*. Praererea nec unus tantum Zonaras, ut Baronius contendit, *novam & inauditam finxit causam Photii eiectionis*, sed & Leo Grammaticus *in Chronographia* idem memorat dicens, interprete Iacobo Goario: *Ceterum Imperatorem ad Ecclesiam accedentem, & iam iam sacrorum participem futurum, praedonem, & homicidam, sacraeque Communionis indignum Photius Patriarcha vocabat*:

Et

Et Ioel *in Hiſtoria Compendiaria*, interprete Leone Allatio : *Baſilius Macedo, cognomento Cephalas . . . . pulſo Photio, quod ab eo propter Michaëlis caedem reprehenderetur, Ignatium ſecundo Patriarcham deſignat*. Quivis igitur videt Baronium nimio ferri odio in Photium, & falſa quidem comminiſci; neque ambigendum propterea de iis quae quondam Naudaeus, vir integrae famae, Guidoni Patino renuntiavit ſibi a Luca Holſtenio Vaticanae Bibliothecae praefecto dicta, ſe ſcilicet parem fuiſſe oſtendere ex ſolis Codicibus Vaticanae, Baronium 8000. falſitates in ſua hiſtoria protuliſſe. Vid. Patini Epiſtolam num. 85. pag. 275.

Acto in exilium itaque Photio, nec non Conſtantinopolim revocato Ignatio, Baſilius, ut morem tandem gereret Nicolao, cauſam Photii atque Ignatii ei dirimendam committit, legans, ait Anaſtaſius in hiſtoria Synodi octavae, *Ioannem Metropolitam Sylei, qui & Perges Pamphiliae praeerat Eccleſiae, a parte quidem Ignatii; a parte vero Photii Petrum Metropolitam Sardenſem .... Porro a Principe deſtinatur regius Spatharius, Baſilius nomine,*

nomine, qui inter utramque partem coram Sede Apoſtolica medius haberetur, & fidelis eorum, quae Sedes eadem decreviſſet auditor & nuntius. Verum Nicolaus, qui jamdudum, irritis licet conatibus, ſtuduerat ſententiam ferre Ignatium inter & Photium, ſperatis gaudiis non eſt potitus, ab Iudice omnium Supremo e terris evocatus die 13. Novembris anni 867. Diem ſupremum obierat etiam naufragus Petrus Metropolita Sardenſis, cuius erat Photii partes Romae tueri, quapropter Conſtantinopolitani Legati Romam appulſi, Hadrianum II. Romanum epiſcopatum adeptum adiere ut lites componeret, etſi *nullus ex parte Photii* ſupereſſet, ut verbis utar Continuatoris operis, quod Anaſtaſius de Romanis Pontificibus ſcripſit in Hadriano II., *niſi monachulus, Methodius nomine, qui ſolus evaſit.* Fauſta omnia ſibi futura Hadrianus promiſit ex tam laetis principiis, quapropter vultu hilari, protenſis ulnis legatos excepit, ac felicia Baſilio adprecatus Synodum coegit, ait ipſemet Continuator operis Anaſtaſii, *apud B. Petrum Apoſtolum in defenſionem ſuae Eccleſiae, deceſſoriſque*

ſoriſque ſui. Et primo quidem per legatos CPoleos, veritate luculenter audita, deceſſoris ſui litteras ſuper huiuſmodi legens, ſiniſtram ipſius famam purgavit, deinde Photium cum Conciliabulo, complicibuſque ſuis tertio anathemate perculit; ad extremum vero ceterorum ſubſcriptionibus & ſententiis roboratum, prae foribus graduum, nefandi dogmatis librum, cunctorum pedibus conculcatum exuſſit. Solemnioris huiuſce pompae nullum, quod ſane meminerim, exemplum reperire eſt apud veteres; atque etſi permulti antea haeretici omnes intendiſſent nervos ut Religionem Chriſti, univerſamque Eccleſiam funditus perderent, numquam alias tanta molimina ſunt adhibita, quanta nunc, quando videlicet Photius nullius erroris in dogmate reus actus, vim vi repellere contendens, anathemate perculerat Romanum Epiſcopum ab eo jam laceſſitus, noluerat Bulgaros ipſi praeter fas & decreta ſubdi, & coërcere pro viribus ſtuduerat ab impotenti, quem ſibi ſuaeque Sedi vindicabat, dominatu. Ovantes itaque Latini ſibi plaudebant, ac ſperabant nihil illis defuturum ad triumphum; Hadrianus ve-

ro victoriam, nec immerito, deesse ratus, Basilium blandis quibusque verbis compellat, & ornat laudibus, suadetque ut Synodum in Oriente cogat, ad quam se missurum legatos Donatum Ostiensem, Stephanum Nepesinum Episcopos, & Marinum Romanum Diaconum pollicetur, ut in Oriente etiam rata haberentur quae Romae fuerant sancita. Dicto utique statim paruit Imperator, ac coacto CPoli Concilio, nullus, praeter morem atque Ecclesiae libertatem ab Hadriani legatis admittebatur, nisi quodam antea libello testatus, se penitus Hadriano adhærere, eiusque in postrema Synodo Sancitis decretis (8). Audias rem ex narratione ipsa Continuatoris Anastasii hisce verbis: *Neminem*, ita prorsus Pontificii legati ad Imperatorem Basilium, *orientalium vestrorum unquam in nostram*

(8) Cuiusmodi fuerit libellus iste vide in Conciliorum Collectione, vel apud Martinum Hankium de rerum Byzantinarum Scriptoribus pag. 343., & 344. Quivis certe cordatus noscet in ipso omnem sublatam esse libertatem Episcopis, quorum tantum erat condemnationis in Photium ferre sententiam, non veterum seculorum more, ea rerum momenta expendere ex quibus fas nefasque in quavis re solemus assequi.

Synodum ſuſcipere poſſumus, niſi oblato libello, cuius formam de ſcrinio ſanctae Sedis Apoſtolicae ſumpſimus, nobis fuerit ſatisfactum. Renuére primum tum Imperator, tum Patriarcha novitatem dedignantes, ſed grata quadam honoris ſpecie allecti, deinde nec videntes viam Latinis ſtravere ut quaeque in Eccleſia fierent deinceps ipſorum arbitratu, & libertas, qua donata erat Eccleſia ab ipſo Chriſto, pudibunda ac victa latibula quaeritavit, Romani Epiſcopi faſtum reformidans & eas catenas, quibus illam ſtudebat vincire.

Nimius profecto forem ſi omnia quæ in hac Synodo conſtituta ſunt enumerare atque expendere eſſet in animo, quapropter brevitati ſtudens lectores hortabor ut huiuſce concilii hiſtoriam ab ipſo Anaſtaſio Bibliothecario conſcriptam legant, ex ea enim cuique prorſus innoteſcet abnormis ratio, & nova cui Latini indulſere; atque unum hoc addam, perpaucos Epiſcopos Synodo ſubſcripſiſſe, id quod apertiſſime etiam innuit idem Anaſtaſius dicens: *Non te ſcandalizet ſubſcribentium paucitas, quia cum Photius diu tyrannidem exercuiſſet, & poene omnes a*

piis

piis deceſſoribus ſuis ſacratos depoſuiſſet, & in loca eorum, fautores ſuos tantummodo provexiſſet, quorum nullus in hac Synodo eſt receptus, iſti ſoli ex priorum Patriarcharum conſecratione ſuperſtites ſunt inventi. Quid plura? Nicetas narrans qua uſi ſunt methodo prorſus nova in abſolvendo Concilio: *Subſcripſere*, inquit, *depoſitioni calamis non nudo atramento, ſed in quo penitus contremiſcas, ipſo Salvatoris Sanguine tinctis: ita, inquam, demum Photium exauctorarunt, damnaruntque, unaque omnes ab illo ſacris initiatos*. Inſperata interim laetitia potiti Latini, abſoluto Concilio adhuc CPoli degebant, cum plures epiſcopos, ex iis ipſis qui ſubſcripſerant, poenitentia ſubiit, & in primis dolebant temere nimium ab ipſis libertatem Eccleſiae ſauciatam, & neglectae veritatis indices libellos repoſcebant, per quos inconſulto iis omnibus paruerant, quae Romani Pontifices Nicolaus, & Hadrianus Graecis amplectenda praeſcripſerant, ac crebris ipſorum querelis Baſilii Imperatoris aures implebant, ſuadebantque ut a Legatis libellos ipſos ſubriperet, ne levitatis nota inuſti per ſecula ipſi tra-

ducerentur. Quid consilii in mente tunc volutarit Imperator, quidve deinde fecerit non audeo proferre, de hoc enim altum silentium penes auctores; ex iis tamen quae in itinere legatis accidere, vix possum quin dubitem sive Imperatoris iussu, sive consensu iis palam a Slavis ereptum esse codicem ipsum, in quo acta Concilii habebantur, & subscriptiones. En quomodo rem narrat Operis Anastasii Continuator: *Post dies aliquot legati navigantes, in Slavorum deducti manus, proh dolor! inciderunt, bonisque omnibus, ac authentico, in quo subscriptiones omnium fuerant, exemplari denudati sunt*. Huius itaque Concilii, quod Latini quidem Oecumenicum VIII. appellant, adeo Graecos puduit, ut ne Concilii quidem nomine dignum censuerint; quapropter Nilus Metropolita Rhodius in *Synoptica* eius *Oecumenicorum Conciliorum enarratione*, Oecumenicam VIII. Synodum decrevit eam sane fuisse, quae Ignatio jam vita functo Photium Patriarchatui restituit; & Marcus Eugenicus Metropolita Ephesinus in Florentino Concilio Actione VI., cum Iulianus Cardinalis

nalis Romanus dixiſſet : *Rogavi autem Reverendiſſimum Epheſium, & Nicaenum, ut librum nobis ad horam commodarent, qui acta Synodi VIII. continet*, poſtquam de abrogatione illius eum argumentis certiorem facere conatus eſt, addidit, iam inde a reſtitutione Photii in Magna Conſtantinopolitana Eccleſia legi ἅπαντα τὰ κατὰ ἁγίων πατριαρχῶν Φώτιου καὶ Ιγναλίου γραφέντα, ἢ καληθέντα, ἀναθεμα. *Omnibus, quae adverſus Sanctos Patriarchas Photium & Ignatium ſcripta, vel dicta ſunt, anathema*. Praeterea neque inter Latinos defuere qui traduxerint nimiam ſimultatem Romani Pontificis in Photium, novoſque eius in Concilio auſus, namque, ut alios praeteream, de his conqueritur Auctor libri V. *De Francorum geſtis Cap.* 28., & *Francicorum Annalium Bertinianorum* conditor ad An. Chr. 872.

Exul interea Photius, immo captivus inclementer utique habebatur, libriſque ipſis, quibus nonnihil levaſſet animum, orbatus, uti ipſemet teſtatur in Epiſt. 97. ad Imperatorem Baſilium, & 174. ad Epiſcopos Orientis, tempori inſerviebat, ſperans futurum ſore ut ali-

quando aequius cum ipſo ageretur. Nec ſpe quidem diutius fruſtratus ingemuit, brevi enim in gratiam Imperatoris, cui probe jam perſpectae erant Photii tum virtutes, tum eruditio, rediit, atque illi ſuos ipſius filios Baſilius erudiendos commiſit. Si aures praebemus Baronio, qui Nicetae totus haeret, malis utique artibus, putidaque impoſtura Photius ſemper veterator, & verſipellis reditum ſibi facilem in urbem comparavit. Commentum vero Nicetae (9), quo facile levi-

tas

(9) En quomodo rem narrat Nicetas in Ignatii Vita, ac ſatis ſuperque erit proferre veterem e graeco interpretationem, ut brevitati conſulamus. *Artibus omnibus, ſtrophiſque in conſilium adhibitis Photius repperit viam, qua Imperatoris ſimplicitatem levitatemque caperet, & vide quam probabilem, & ipſius ingenio dignam. Obſervatis enim nominibus ſingulorum, ipſius, inquam, Imperatoris Baſilii, & Eudociae Auguſtae coniugis, liberorumque Conſtantini, Leonis, Alexandri, Stephani, ex primis ſingulorum nominum litteris, componendae fraudis occaſionem arripit. Hiſtoriam enim ſive genealogiam quae nuſquam eſt, aut fuit, contexens, Tiridatem illum inclytum Armeniae Regem, qui S Gregorii martyris aevo imperitavit, ſtirpis caput fingit. Ex illo naminibus pro urbitratu excogitatis, gentem deducit, & alios ex alio fabuloſa narratioue condit. Quando demum ad Parentem Baſilii pervenit, ſcripſit naſciturum ex eo talem*

tas Baronii infenſiſſimi in Photium ſuperata eſt, ſatis aperte redarguit Conſtantinus Porphyrogenitus in libro, quo res Baſilii Macedonis avi ſui, luculenter deſcribit, Cap. 31., dicens Baſilium revocaſſe Photium οὐ μὴν οὐδὲ πρὸ τούτου

---

talem plane virum, qualis ipſe erat Baſilius, eique nomen eſſe BECLAS, *quem omnium retro regum feliciſſime & diutiſſime regnaturum ratiocinatur; innumeraque mendacia, quibus auditorem capi intelligebat, librum ſuum concenturiat: & litteris Alexandrinis in vetuſtiſſima Charta, ad ipſam antiquitatis ſpeciem expreſſis conſcribit; atque theca ſeu integumento ex antiquiſſimo codice detracto veſtit, atque in illa nobili Palatinaque Bibliotheca clam reponit. Adminiſter illi & ſidus in hac ſcena & fabula Theophanes erat, Palaeſtinus ea tempeſtate Clericus, habenſque apud Imperatorem eruditionis opinionem, ac poſtea in impiae operae praemium Epiſcopus Caeſareae Cappadociæ creatus. Hic commentitium hunc libellum in Bibliotheca repoſtum, opportuno tempore extrhait, Imperatorique librum, velut ceteris omnibus admirabiliorem, & arcanis refertiorem exhibet; ſimulatque neque ſe, neque mortalium quemquam eius myſteria, praeter unum Photium, aſſequi poſſe. Ergo extemplo mittitur, praetexit ille, nulli poſſe arcanum illud niſi ſoli imperatori committi, de quo illud ipſum perſcriptum eſſet. Quid igitur? Capitur Imperatoris facilitas hac fabula, & cum Photio in gratiam redit.* Quis non ſolutis cachinnis excepiſſet anilem hanc fabellam, indignam prorſus & Photii ingenio, & Baſilii natura, qui praeſtans erat animo, & cordatus, ſi Niceta quandoque excipias, ab hiſtoricis deſcribitur?

διέλειπε φιλοφρονούμενος αὐτὸν καὶ τιμῶν διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παντοδαπῆ σοφίαν τε καὶ ἀρετὴν, ἀλλὰ μὴν εἰ τῆς καθέδρας μετέστησεν ἑδὲν τοῦ δικαίου θέλων ἄγειν ἐπίπροσθεν, ὅμως τῶν εἰς παραμυθίαν οὐδὲν ἐνέλειπε παρεχόμενος, ὅθεν καὶ τοῖς βασιλείοις διατριβὴν αὐτῷ δοὺς τῶν οἰκείων παίδων ἀπέδειξε παιδεύτην καὶ διδάσκαλον. *Quem antea quoque*, ſcilicet, *peramanter complectabatur ob eius omnigenam ſapientiam & virtutem, honoribuſque numquam intermiſſis afficiebat. Quem licet e Cathedra deturbaverat, nihil iuſtitiae praeferens; nullo tamen loco deerat neque ad conſolandum, neque ad levandum ipſius fortunam incommodam; propterea aque ſedem in Regia aſſignaverat, & liberorum ſuorum declaraverat inſtitutorem atque magiſtrum.* Quid inficetius itaque eo commento quod Nicetas finxit, quodque Michaël Glycas *Annalium Parte* IV., Conſtantinus Manaſſes in Annalibus *Verſu* 5271., *& ſeq.*, atque alii, nullo de hoc examine inſtituto, recoquerunt? Hoc certe cordatus quiſque refugit credere, quoties pacato animo rem mature expenderit, nulli indulgens praeoccupatae opinioni.

Anno

Anno demum 878. die XXIII. Octobris Ignatius diem ſupremum obierat, antequam Conſtantinopolim pervenirent Romani Legati Paulus Anconitanus, & Eugenius Oſtenſis Epiſcopi ab Ioanne VIII., aliis IX., miſſi ad Ignatium, ut univerſos CPolitanos Clericos a Bulgaris revocaret, & ne dicto intra triginta dierum ſpatium pareret, noviſſet ſe ab uſu Cenae Sacrae eſſe prohibitum, & ab ipſo patriarchatu penitus deiectum; atque jam iterum Photius *ἐννόμως καὶ κανονικῶς juxta leges & canones*, ait Conſtantinus Porphyrogenitus, patriarchale thronum conſcenderat volente Baſilio, qui pacem inter Eccleſias inſtauraturus, ab Ioanne Romano Epiſcopo per legatos petebat, ut Photium in Eccleſiae Romanae communionem reciperet. Non renuit utique Ioannes, ac ratus lenitatem certe ſeveritate praeſtare, datis ad Baſilium eiuſque filios litteris, Photium in ſui communionem recepit, eumdem legitimum patriarcham novit, atque ipſum, eique ſtudentes tum Clericos tum laicos ab anathematibus abſolvit, Imperatori venerandum commendavit, & indignum commu-

nione ſua obſtinate iudicaturis anathema minitatus eſt, ea tamen lege in Photium lata, ut in Concilio CPolitano, ad quod ſe legatos miſſurum pollicebatur, Photius miſericordiam quaereret, quam conſequeretur. Ade-ſis Latinas Ioannis epiſtolas N. 199. ad Baſilium & filios, N. 200. ad Clericos CPolitanos, & N. 201. ad ipſum Photium. Nova tum ſpes animos lactans quemque erigebat ut confideret, abruptam pacem denuo ineundam iri per Synodum iam indictum a Baſilio eiuſque filiis Leone & Alexandro, incoatumque anno Chr. 879. praeſentibus Romani Pontificis, & Patriarcharum Alexandrini, Antiocheni, Hieroſolymitani legatis, necnon Photio ipſo, atque aliis 383. Epiſcopis. Quaedam huiuſce Concilii, quod Oecumenicum VIII. a Graecis appellatur, habes penes Ioannem Beccum CPolitanum Patriarcham in poſterioribus excerptis ex opere, quod *de Pace Eccleſiaſtica* ſcripſit, interprete Bevergio, quaeque eo magis videnda, quia Romanorum partium nimium ſtudioſis copioſam de Photio conquerendi materiam dedere. Sunt qui tradant Epiſtolas Ioannis

nis ad Basilium & filios, ad Clericos CPolitanos, ad ipsum Photium & Legotos latine scriptas, mutilas a Photio recitatás fuisse in Concilio, huic uni argumento innixi quod graecae epistolae minus respondeant latinis, quas ex vetustissimis codicibus exscriptas atque editas fuisse contendunt. Agmen horum ducunt Baronius ad An. Chr. 879. Num. VI. XVIII., atque alibi pluries; Severinus Binius in notis ad Ioannis epistolas 200, 201, 203; & Leo Allatius Differt. II. *de Libris Graecorum ecclesiasticis*, necnon lib. II. *De Ecclesiae Occidentalis, & Orientalis perpetua consensione Cap.* IV. §. V. & *Cap.* V. §. III. Mihi profecto hic aqua haeret cogitanti quam facile quis minus aeque ratiocinetur, cum velit in unum maledicta omnia congerere, nec possum quin mirer id uni Photio a Baronio vitio tribui, quod ne minimum quidem forte is cogitavit. Esto igitur quod aliter sese habeant epistolae Ioannis in Graecis codicibus ac latinis, quo tamen rationis momento ducemur ut credamus eas a Photio immutatas? Si quis Baronio contendenti Photium in ipso Con-

cilio eas immutaſſe, reponeret facilius has potuiſſe deinceps immutari a Latinis, quo argumenti genere uteretur ad infirmandum propoſitum? Attamen vix credi poteſt Latinos deinde non immutaſſe potius, ſi non integras enim Photius in Concilio protuliſſet, uti ſentit Baronius, non ſiluiſſent utique Romani legati, ni Graecarum litterarum ignaros, adeoque huiuſmodi legationi ineptos ſtatuamus. Quid plura? Baronius ipſe quaſi ſuſpicatur a Photio plane confictam totam Synodum, quia illam ſilentio praeterierint nonnulli hiſtorici: *Unde*, ait ille ad Annum Chr. 879. N. 73., *de ea ſuſpicio augetur, ut ea tota ita fuerit Photii ſtilo conficta, & eiusdem penicillo mendacii colorata.* Quid inficetius, Dii boni! hac ſuſpicione, & quid ea aptius ad Pyrroniſtarum ſcholam conſtituendam? Nonne paulo poſt ipſum Concilium, Anonymus ille, qui multis eſt Simeon Logotheta, in compendium redegit ipſius concilii canones? nonne Baronio Eccleſiae Annales conſcribenti compertum eſſe debuerat in canones eiusdem concilii conſcripta jam ſcholia fuiſ-

ſe

ſe ab Ioanne Zonara, ab Alexio Ariſteno, a Theodoro Balſamone, ac de eo meminiſſe Nilum Metropolitam Rhodium, Ioſephum Bryennium in Oratione VI. de SS. Trinitate, Auctorem libri de Separatione Romae veteris ab Eccleſia Graeca, Ioannem Beccum, Marcum Epheſium metropolitam in Concilii Florentini Actione VI., atque inter Latinos Ivonem Carnotenſem, Gratianum Cluniacenſem Monachum in Decretis *Part.* II. *Cauſ.* VII. *Quaeſt.* I. *Cap.* 45., Anonymum in tractatu contra Graecorum errores, quem Petrus Stevartius edidit, ut alios praeteream? Quid multis? Ipſe Ioannes Romanus Pontifex docet hoc Concilium habitum omnino fuiſſe, cuius decretis, praeſertim Photio patriarchatum confirmantibus, conſentit in epiſtola 250. ad Photium: *Nos*, inquiens, *ſi tu debitam devotionem, & fidelitatis incrementa erga Sanctam Romanam Eccleſiam, & noſtram parvitatem obſervare ſtudueris, & ut fratrem amplectemur, & ut chariſſimum proximum retinebimus. Nam te ea quae pro cauſa tuae reſtitutionis Synodali decreto Conſtantinopoli miſericorditer acta*

ſunt,

ſunt, *recipimus*. Criminandi itaque impenſum ſuum ſtudium noviſſet & Baronius, ſi uti hiſtoricum decet, a nulla praeoccupata opinione abreptus, uni veritati contendiſſet litare.

Turbae tamen omnes penitus forent ſublatae per hoc Concilium, ſi Bulgaria Romano Throno tributa, Graeci inde revocaſſent ſuos ipſorum Clericos, atque ita parta pace, Occidentalis & Orientalis Eccleſiae invicem mutua charitate ſeſe eſſent proſequutae; ſed bellum redintegratum tunc fuit cum Ioanni innotuit ne verbum quidem de Bulgaris in Concilio factum, neque de Romanae Sedis Primatu, quae duo praecipue Legatis mandarat, veluti ſumma capita in Synodo confirmanda. Is itaque ſpe fruſtratus irrita prorſus acta omnia pronuntiavit, ac minis ſperans animum Imperatoris flectere, acriores litteras ad ipſum ſcripſit, legans Marinum illum, qui Nicolai temporibus praeerat Synodo habitae contra Photium, quique abuſus nimia loquendi libertate in Principem, ludibrio & carcere, merito quidem, ſed contra fas & gentium jura, multatus eſt,

Ro-

Romamque dein redire coactus re infecta. Aequo certe haec animo non tulit Marinus, & cum jam pœne redux Conſtantinopoli Ioanni vita functo ſuffectus eſſet, ſeu iniuriae, ſeu poenae memor Photium damnavit, cui damnationi ſubſcripſerunt etiam Hadrianus III., ac Stephanus VI., qui breviſſimo temporis ſpatio Romanum thronum adiere. Quo vero Photius primis annis ſibi infenſiorem Baſilium cognoverat, eo validiorem defenſorem poſtremis temporibus nactus erat; ſed in Baſilii locum an. Chr. 886. e vivis ſublati, cum ſucceſſiſſet Leo, brevi in exilium eiectus eſt, & ne redeundi ſpes ſupereſſet, Epiſcopatus tributus eſt Stephano fratri Imperatoris. Originem odii quo Leo Photium jam ſenem proſequutus eſt, quidam ex litteris Stephani VI. Romani Epiſcopi repetunt, perperam tamen, nam ſi probatioribus hiſtoricis aurem aequam praebemus, epiſtola forte praetextum ſuppeditavit, non vero cauſam, quam aperte ſatis indicat Conſtantinus Porphyrogenitus Baſilii nepos in Avi ſui geſtis *Cap.* 69., narrans quod Theodorus Santabarenus,

nus, Epiſcopus Euchaitanus a Leone offenſus, repetitis fraudibus effecerat, ut Baſilius Leonem veluti inſidiarum reum haberet, & aliquandiu ea de cauſa captivum teneret. Santabareni conſuetudine utebatur Photius, quapropter ab eius inimicis dicebatur & ipſe Leonis hoſtis, atque etſi ille pro viribus obſtitiſſet ne Leo privaretur oculis, uti ſuadebat Theodorus, id quod eius innocentiam patefaciebat, attamen nec auditus quidem, nedum convictus, ab Imperatore rerum potito Sacerdotio privatus eſt, & in Harmonianorum monaſterium relegatus. Quamdiu exul is vixerit non conſtat, quamvis enim ille anathematibus percuſſus inveniatur a Formoſo I., Bonifacio VI., Stephano VII., Romano I., Theodoro II., & Ioanne IX. aliis X., qui An. Chr. 897. Pontificatum adiit, ac diem obiit ſupremum An. Chr. 899., tamen cum a Romanis etiam mortuos anathemate impetitos noverimus, nobis non datur de obitu Photii quidquam innuere, viri certe aequiore fortuna digni, & qui iniquis minus temporibus vixiſſet. Quam falſo in multis is fuerit tra-

traductus, puto me jam ſatis ſuperque oſtendiſſe eo tantum animo ut pateret permultos, nec imi ſubſellii viros in hoc errore verſari, quod quavis gloria indignum putent hominem cuius non probant mores, ac veluti vitia carpant, quae in aliis non modicis laudibus proſequuntur. Haud inficiabor equidem nimio Photium laboraſſe odio in Latinos, nemo tamen ſanae mentis aeque inficias ierit, praeter omnem modum Latinos illi infenſiſſimos fuiſſe, id quod illum magis impulit in ſimultates & turbas, in quibus ſi minus acri ſuo obſecundaſſet ingenio, facilius eae fuiſſent compoſitae ac ſublatae, nec forte unquam celebrem illam quaeſtionem inter Graecos Latinoſque jamdiu agitatam *de Proceſſione Spiritus Sancti* attigiſſet, in qua longe quidem a vero aberravit, uti oſtendit Montacutius in notis ad Epiſtolam 2. Photii encyclicam ad Archiepiſcopales thronos per Orientem obtinentes.

Multa ſane ſcripſit vir *omnium ſuae aetatis doctiſſimus*, & *in quo dubium maiorne lectio, an acrius iudicium*, quemadmodum profeſſi ſunt Gerardus Ioannes

Voſſius

Voſſius *Lib.* II. *de Hiſtoricis Graecis Cap.* 25., & Thomas Dempſterus *in Elencho Scriptorum*, quem ſuo ad Ioannis Roſini antiquitates auctario praemiſit, & ne quid a nobis deſideretur, libuit ſyllabum eius operum iterum in lucem proferre.

DE PHOTII SCRIPTIS EDITIS.

I. INter ea igitur quae luculentiſſima oratione, nec non omnigena eruditione Photius ſcripſit ante initum Patriarchatum, ceteris ſane praeſtat *Bibliotheca*, quam theſaurum dicas non librum, in eo enim omnibus numeris abſolutum ſpecimen hiſtoriae criticae librorum reperies, eruditis utile adeo atque opportunum, ut permulti auctores ex eo tantum illis innotuerint, & ad eum veluti ad lidium lapidem confugere cogantur qui veterum ſcriptorum opera, & ingenium noſcere exoptant. De ea Conſulas Fabricium *Tom. IX. Biblioth. Graec. pag.* 374. *& ſequ.*, a quo etiam diſces quanti hoc theſaurum factum fuerit ab eruditis cuiuſque ſeculi viris, & quam quis ſibi obligaret Litterariam Remp. novam eius editionem adornans,

nans, atque ea quae adhuc nova luce indigent illuſtrans opportunis animadverſionibus.

II. *Epiſtolae* Num. 248. quas ex Cod. Bodleiano deſcriptas, & cum Richardi Montacutii Epiſcopi Norvicenſis interpretatione, & notis vulgavit Londini An. 1651. Rogerius Daniel, qui alias etiam quinque addidit, quas Chriſtianus Ravius ex Oriente attulerat, Patricioque Iunio donarat.

III. *Libri* IV. adverſus recentes Manichaeos ſive Paulicianos, quos ut plurimum ineditos deliteſcere in Bibliothecis Segvieriana, Vaticana, & aliis docet Fabricius, qui monet etiam eruditos nonnullos iam horum paraſſe editionem. Dolendum vero tres libros adhuc a nobis deſiderari, unus enim primus tantum luce donatus fuit a Bernardo de Montfaucon ex Cod. Biblioth. Segvierianae in Catalogo MSS. Graecorum eiusdem Biblioth. Pariſ. 1715.

IV. *Nomocanon* ſive harmonia Legum Imperialium Corporis Iuſtinianei & Eccleſiaſticorum Canonum. Opus hoc abſolutiſſimum, quodque unum ingentem ſcien-

tiam

tiam Photii in utroque iure apertiſſime oſtendit, pluries publici iuris factum eſt cum Theodori Balſamonis commentariis.

V. *Amphilochia* ſeu Reſponſiones ad quaeſtiones 308. ab Amphilochio Cyzici Metropolita Photio propoſitae, *Opus varium*, ait Allatius, *& multiplici eruditione plenum, Theologis, ac Scripturae expoſitoribus maxime neceſſarium, eoque magis amplectendum, quod non alibi quam in Vaticana Biblioth. ex libris Lollianis ſub Urbano VIII. invectum exſtet*. Nonnullae ex iis prodiere jam Opera Combefilii ad calcem tum Afterii, tum Amphilochii, & forte, uti ſuſpicatur etiam Fabricius, ad idem opus pertinent *ſex breves diſſertationes Theologicae*, quas latio donatas a Franciſco Turriano vulgavit Henricus Caniſius Tom. V. Antiquae lectionis Ingolſtad. 1604.; nondum vero opus integrum lucem vidit, quod maxime optandum.

PHOTII OPERA INEDITA.

I. Συναγωγαὶ, καὶ ἀποδείξεις ἀκριβεῖς κ. τ. λ. *Collectanea & demonſtrationes accuratae ec.* decem quaeſtionibus compre-

hen-

henſae. Opus hoc, forte longioris operis pars, vel idea etiam ſi mavis, nondum viderat lucem, etſi dignum ſane quod proferretur, & mihi iam innotuerat hoc deliteſcere in Bibliothecis Vaticana, Bodlejana, ac Caeſarea, nec non in Riccardiana Cod. Chart. in Fol. Num. XI. Plut. S. I. Vix Praefecturam huiuſce Bibliothecae adeptus illius Codicis videndi amor meum animum ſubiit, optimeque deſcriptum inveni ab eruditiſſimo Vignolio ex Cod. Vaticano 829., collatumque cum Codd. 828. & 1150., nec non Latine ab eo redditum, id quod magis me exſtimulabat, ut perficerem quae Vignolius ipſe forte ſentiebat. Animadverſiones nonnullas illuſtrandis quaeſtionibus conſcribebam labente jam menſe Februario, cum me adiit Fridericus Münterius, Iuvenis Danus, doctiſſimus ſupra quam dici poſſit, cum quo inita conſuetudine, vicem ipſi redditurus, illum certiorem feci de meis ſtudiis, quibus juvandis laetatus eſt pro ſua humanitate ſe poſſe ſymbolam conferre, deſcripſerat enim idem opus ex Cod. 89. Biblioth. Caeſareae, & eius ἀπόγραφον mihi dono dedit, quo potui & tutius

tutius Vignolii interpretationem in nonnullis immutare, ac decimam Interrogationem proferre, quae deerat in aliis Codicibus.

II. *Tres* adhuc ineditas *Epiſtolas* memorat Combefiſius *pag.* 549., quarum duæ ad Nicolaum Papam ſcriptae ſunt, & harum alteram quae incipit: ἀγάπης μὲν ὡς ἀληθῶς οὐδὲ κτῆμα σεμνότερον, quaeque habetur etiam in Cod. XII. Plut. IX. Biblioth. Med-Laurentianae, Latine tantum protulit, etſi, ut ſuſpicor, non integram, Baronius Tom. VIII. ad an. Chr. 861., tertia vero ſcripta eſt ad *Oeconomum & Syncellum* Eccleſiae Theopolitanae.

III. Περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος μυσταγωγίας. *De Spiritus S. diſciplina arcana*. Hunc *tractatum ſane luculentiſſimum* appellat Allatius *de Conſenſu Utriuſque Eccleſiae pag.* 565. ac teſtatur haberi in Cod. Palatino, ubi non Photio, ſed Metrophani Epiſcopo Smyrnenſi tribuitur.

IV. Σύμβολον πίστεως. *Symbolum fidei pro iis qui Epiſcopi ordinandi ſunt*, exſtat in Biblioth. Caeſarea Teſte Lambecio.

V. *Homiliae* XIV. de quibus Paiſius Ligarides Metropolita Gazenſis ſcripſit

ad

ad Nic. Heinſium, & quarum etiam meminit Combefiſius ad Calcem Tom. I. auctarii noviſſimi Biblioth. Patrum. Vid. *Biblioth. Graec.* Fabricii *Tom.* IX. *pag.* 364. & 365.

VI. *Lexicon*, longe diverſum ſane a Gudiano, quod exſtare penes doctos viros in Anglia nos docet Fabricius, qui etiam illius Prologum, & ſpecimen profert graece tantum, diſſeritque de eius praeſtantia. Quamplurima alia etiam ſcripſiſſe Photium *Contra Latinos* teſtantur Caveus, Fabricius, atque eruditi omnes, qui non poſſunt quin dedignentur Latinorum barbariem omnes nervos intendentium ut Photii opera igne abſumerentur, de quibus vide etiam Frid. Spanhemium filium in libro *De Papa foemina Cap.* 7. *Tom. II. Opp. pag.* 636., & 637. Atque haec de Photio, eiuſque omnigena ſcientia, & eruditione refertis ſcriptis dicta ſufficiant.


BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ

ΚΥΡΟΥ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ GLYCA

ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

Εἰς τὰς ἀπορίας τῆς Θείας Γραφῆς

ΛΟΓΟΙ

SAPIENTISSIMI ET ELOQUENTISSIMI

DOMNI MICHAELIS GLYCAE

GRAMMATICI

In Divinae Scripturae dubia

DISPUTATIONES, *sive* EPISTOLAE.



Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Γρηγορίῳ τῷ Ἀκροπολίτῃ Περὶ τοῦ εἰ τε σφαιροειδὴς ἐστι καὶ ἀκίνητος ὁ οὐρανὸς, εἰ τε καὶ μὴ, κατὰ τὸν Θεῖον Χρυσόστομον.

Admodum honorando Patri Domino Gregorio Acropolitæ Utrum Cœlum rotundum sit, & immobile, necne, juxta D. Chrysostomum. (1)

ΛΟΓΟΣ ΙΓ.

DISPUTATIO XIII.

Ioanne Lamio Interprete.

Ὅτι μὲν οὖν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς καὶ θεῖος

LIngua aureum igitur, divinumque

A Ioan-

(1) Exſibilanda fortaſſe videbitur hujuſmodi quaeſtio nonnullis, quorum mos eſt naſo omnia ſuſpendere acuto, nihilque rectum putare niſi quod ipſorum ſtudiis ac γνώμαις convenit: attamen hi ſi didicerint non

θεῖος Ἰωάννης τὰς ἀφορμὰς ὅθεν λαβὼν ἔκ τε τοῦ Προφήτου Ἡσαΐου λέγοντος, ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὥσει καμάραν, καὶ ἐξ αὐτου ὡσαύτως τοῦ μεγάλου Παύλου, σκηνὴν καλοῦντος τὸν οὐρανὸν, εἶτα καὶ λέγοντος, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ἀκίνητον λέγει πάντα τὸν οὐρανόν· καὶ τοῦτο μόνον εἶναι τὸ φαινόμενον ἄνωθεν ἡμισφαίριον, οὐ μὴν αὐτὸν εἶναι σφαιροειδῆ, οὐδὲ κυκλι-

Ioannem, occaſione quaſi ſumta, & a Propheta Iſaia dicente: Qui ſubſpendit Cœlum quaſi fornicem; & ab ipſo quoque magno Paullo, qui tabernaculum prius adpellat Cœlum, & deinde dicit: Quod fixit Dominus, & non homo: immobile omne Cœlum dicere, & hoc ſolum eſſe, quod deſuper apparet, hemiſphærium (2), neque ipſum

---

non eadem ſemper ab omnibus probata fuiſſe philoſophiae ſcita, neque a SS. Eccleſiae Patribus phyſica dogmata, verum moralia exquirenda eſſe, non admirabuntur eorum placita de Coelo abſona prorſus a noſtris.

(2) Uno hemiſphaerio tantum Coelum conſtare, terramque noſtram planam, non ſphaericam eſſe, omnes contenderunt penes antiquos, qui nullos antipodas eſſe cenſuerunt, veluti Eratoſthenes, Polybius, Strabo, Tzetzes in Chiliad., & Plutarchus in Dial. *de Facie in orbe Lunae*, qui κατὰ tranſverſos agit antipodas

κλικῶς τὴν αὐτοῦ περίο- ipſum ſphæricum eſ-
δον διὰ νυχθημέρου ποι- ſe, neque, dum ſu-
um diei, noctiſque, iter peragit, circu-
latim

---

tipodas, aſſerentes hiſce verbis: ἢ τί παράδοξον οὐκ ἔνεστιν; οὐχὶ τὴν γῆν σφαῖραν εἶναι, τηλικαῦτα βάθη καὶ ὕψη καὶ ἀναμαλίας ἔχουσαν; οὐκ ἀντίποδας οἰκεῖν, ὥσπερ θρίπας, ἢ γαλεώτας, τραπέντα ἄνω τὰ κάτω τῇ γῇ προϊσχομένους; ..... τοῦτο γάρ ἐστι τὰ ἄνω, κάτω· κἂν πάντα τραπέντα πάλιν εἶναι τὰν ἄχρι τοῦ μέσου κάτω, τὰν δὲ ὑπὸ τὸ μέσον, αὖ πάλιν ἄνω γενομέναν. *Cui quid non ineſt abſurdi? nonne ſequitur terram eſſe globum, quae tot altitudines, profunda, inaequalitates habet? nonne habitari eam ab antipodibus, qui inſtar teredinum, aut ſtellionum imis corporum partibus ſurſum obverſis terrae adhaereſcant? ..... Hoc vero eſt inferiora facere ſuperiora, & omnia invertere, & quae ſunt uſque ad centrum deorſum, quae infra illud, ſurſum ponere.* Praeſtat audire etiam Lucretium hac de re ita canentem *Lib. I. in Fin.*

Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi,
In medium ſummae (quod dicunt) omnia niti:
Atque adeo mundi naturam ſtare ſine ullis
Ictibus alternis: neque quoquam poſſe reſolvi
Summa atque ima, quod in medium ſint omnia nixa,
Ipſum ſi quidquam poſſe in ſe ſiſtere credis:
Et quae pondera ſunt ſub terris, omnia ſurſum
Nitier, in terraque retro requieſſe repoſta.
Ut per aquas quae nunc rerum ſimulacra videmus,
Et ſimili ratione animalia cuncta vagari
Contendunt: neque poſſe e terris in loca coeli
Recidere inferiora magis, quam corpora noſtra
Sponte ſua poſſint in coeli templa volare.
Illi cum videant ſolem, nos ſidera noctis
Cernere, & alternis nobiſcum tempora coeli
Dividere, & nocteis parileis agitare diebus.
Sed vanus ſtolidis haec omnia parturit error.

ούμενον ἐξ ἀνατολῶν ἄρχεσθαι, καὶ εἰς ἀνατολὰς καταλήγειν· ὡς ἐντεῦθεν τῇ ὀξείᾳ τούτου φορᾷ καὶ αὐτὸν συγκινεῖσθαι τὸν ἥλιον· οὐδενὶ πάντως τῶν ταῖς ἱεραῖς αὐτοῦ βίβλοις ἐνσχολούμενον ἠγνώηται. Πλὴν οἰκονομικῶς, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, τὰ περὶ τούτου τῷ χρυσορρήμονι ἐσχεδίασται· καὶ τούτου χάριν μὴ θαύμαζε. Εἰ γὰρ ὁ παμμέγης Παῦλος ποῦ μὲν ἔλεγε· ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφέλησεν· ποῦ δὲ περιτέμνων τὸν Τιμόθεον φαίνεται· καὶ ποτὲ μὲν τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος· ποτὲ δὲ τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος γίνεται· καὶ ἀλλαχοῦ Ῥωμαῖον

latim ex oriente ingredi, & in occidentem quiescere, ita ut exinde celeri huius latione sol ipse commoveatur; a nullo prorsus, qui sacris ipsius libris operam navarit, ignoratum est. Verumtamen non sine consilio, ut mihi videtur, ab aurea Fundente verba haec de Cœlo exarata sunt; quamobrem ne mireris. Si enim maximus Paulus hic ait: *Si circumcidamini, Christus nihil vobis profuit*: illic vero *Timotheum* circumcidens cernitur: & aliquando quidem inter Iudaeos, ut Iudaeus; aliquando inter legis expertes, ut legis fit expers,

ἑαυτὸν ἐπωνόμαζεν· ἐκ γένους καὶ ταῦτα Ἰουδαϊκοῦ καταγόμενος· τί καινὸν εἰ καὶ τινὰς ὁ θειότατος Ἰωάννης ἐπανορθούμενος, τῇ τῶν οὐρανῶν κινήσει προσέχοντας, καὶ ἀντιλογιζομένους τὸ πᾶν, ἀκίνητον λέγει τὸν οὐρανὸν καὶ ἡμίτομον; οἰκονομικῶς οὖν οὗτος ὁ λόγος, ὡς ἔφημεν, τῷ διαληφθέντι περιεσχεδίασται· διδασκαλικῶς γὰρ

pers; & alibi ſe Romanum cognominabat, quum ex Iudaico genere vere derivaretur; quid novi, ſi diviniſſimus Ioannes quosdam Cœlorum motui adtendentes, & ex adverſo de univerſitate ratiocinantes, corrigens, Cœlum femiſectum dicat, & immobile (3)? Non ſine conſilio igitur ſermo hic, uti diximus, a laudato Patre habitus

---

(3) Non unus Chryſoſtomus femiſectum Coelum aſſeruit, verum & Martyr Juſtinus, qui in Lib. *Quaeſt. & Reſponſ. ad Orthodox.*, cum quaeſtione LIX. ſibi obieciſſet: εἰ ἐν τῇ νυκτὶ ὁ ἥλιος ἀποκρύπτεται, πῶς οὐ σφαῖρα ὁ οὐρανὸς ἀποδείκνυται; ideſt *ſi nocte ſol occultatur, quomodo coelum non probatur globus eſſe?* ἀπαρμόσας reſpondet id intervalli longitudine fieri, atque oculorum vitio. εἰ ὁμολογουμένως πολλά ἐστιν ἕτερα τὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἴσῳ ἐπιπέδῳ ὄντα, καὶ διὰ τὸ μῆκος τοῦ διαστήματος κεκρυμμένα ὄντα τῆς ὄψεως, ὡς τὰ πλοῖα τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ ὑπὸ ἀλλήλων μὴ ὁράμενα, τοῦ πλάτους τῇ τῶν ὑδάτων ἐπιφανείᾳ περιορίζοντος τὴν ὄψιν περαιτέρω μὴ ἀποτείνεσθαι τοῦ ὁρίζοντος, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ

τρόπῳ, καὶ οὗτος κατὰ τὸν Ἀπόστολον Χρυσόστομος καθέλων ἅπαντας πρὸς θείαν ἐπίγνωσιν ὁδηγεῖν· οὐ τοσοῦτό ἐστιν ὅτε τῆς ἀκριβείας ἐφρόντιζεν· ὁποῖον δ' ἦ καὶ ἐπὶ τῇ παραγωγῇ τῶν Φαστήρων γίνεται ἡ ἐπικρυψις διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν;

tus fuit; doctoris enim more, etiam hic ad Apostoli exemplum omnes ad divinam cognitionem perducere enitens Chrysostomus, talem non habuit ex-

---

actae orationis, & sententiae, curam, qualem hoc est. *Si citra controversiam multa alia sunt quae in eadem & aequali planicie propter intervalli longitudinem, oculorum effugiunt obtutum; velut navigia in mari, quorum alterum ab altero non cernitur, latitudine per summas aquas quasi circulo quodam visum circumscribente, quominus ultra circumscribentem intendatur: quid mirum, si occultatio stellarum per eamdem causam fiat?* Atque in solutione quaestionis CXXX. instar camerae se habere coelum contendit contra Graecorum philosophorum scita, & ab aquis quodammodo fulciri dicens: βαστάζει οὖν τὸν μὲν οὐρανὸν τὰ ὕδατα, τὰ δὲ ὕδατα ἡ γῆ, τὴν δὲ γῆν τὸ θεῖον πρόσταγμα. Scilicet *subsistinent igitur coelum aquae, aquas autem terra, terram porro praeceptum divinum*. Quae omnia ut physicis pugnent nemo est qui non noverit. Consulto praetereo Latinos Patres, qui in eamdem sententiam pedibus ierunt, atque adeo Antipodas substulerunt, inter quos Augustinus *De Civit. Dei Lib.* 16. *Cap.* 9. Lactantius *De falsa Sapient. Philosoph. Cap.* 24., ac permulti alii, quorum paradoxa satis superque refutasse visus est Macrobius *Lib. I. in Somn. Scip.* ubi adversam certamque sententiam tutatur.

γῇ τοῦ μεγάλου φω-
στῆρος πεποίηκεν, ἐπὶ
τῇ ποιήσει τε, καὶ
πλάσει τοῦ Ἀδὰμ,
καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἀ-
χράντοις τοῦ Χριστοῦ
μυστηρίοις· αὐτίκα καὶ
γὰρ λέγει τὸν φωστῆ-
ρα τοῦτον παραχθῆναι,
ἵνα τὴν ἡμέραν λαμ-
προτέραν ἐργάζηται·
λέγει τὸ σῶμα τοῦ
ἀνθρώπου πρεσβύτερον
εἶναι τῆς ψυχῆς· τὴν
δὲ τῶν ἁγιασμάτων
μυστικὴν τελετὴν δι'
οἴνου καὶ μόνου φαί-
νεται παραδιδοὺς τοῖς
πιστοῖς, ὡς ἐντεῦθεν τοὺς
δυσσεβεῖς Ἀρμενίους ἐ-
πίπλεον κρατῆναι τὴν
ἑαυτῶν ὡς φασιν αἵρε-
σιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
οἰκονομικῶς λέγομεν εἰ-
ρῆσθαι τῷ Χρυσορρήμο-
reis verbis Fluente

qualem ſane & in
productione magni
luminaris adhibuit,
& in factura, & fi-
ctione Adami, atque
in ipſis intemeratis
Chriſti myſteriis. Il-
lico enim dicit, lu-
minare hoc produ-
ctum eſſe, ut diem
lucidiorem efficiat;
dicit, hominis cor-
pus eſſe anima an-
tiquius; ſanctificatio-
num autem myſti-
cum ſacrificium per
vinum tantum Fi-
delibus tradens vi-
detur, ut exinde
impii Armenii in
ſua ipſorum, ut a-
junt, haereſi vali-
dius confirmentur.
Sed hæc quidem non
ſine conſilio ab au-
dicta eſſe confirma-
mus.

νι. τίνος ἕνεκεν; ὅτι ἄλλων τῶν ἁγίων πατέρων ὁ σύλλογος οὐ μὴν οὖν εὕρηται ταῦτα καταδεχόμενος· ἀλλὰ παμμέγης Ἰωάννης εὐμεθόδως τὰ πάντα μετεχειρίζετο, πρὸς τὸ καταπεῖγον ἀεὶ ἐνιστάμενος· ἄλλως τε εἰ μὴ τοιαύτῃ συγκαταβάσει τὸν μακάριον Ἰωάννην ἐπὶ τούτοις χρήσασθαι εἴπωμεν· ποῦ θήσομεν τὰς ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῶν λοιπῶν πατέρων ἐκφωνηθείσας φωνὰς, ἢ πῶς αὐτὰς ἐκδεξόμεθα; ἆρ' οὖν ἐναντιοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους εἴπωμεν τοὺς ἐν ἑνὶ, καὶ τῷ αὐτῷ λαλήσαντας πνεύματι; οὐ μὲν οὖν πάντως, οὐ μὲν οὖν. καὶ εἰ βούλει, τοῦ

mus. Cur? Quia ceterorum Sanctorum Patrum concilium haec admittere nequaquam compertum eſt. Sed maximus Ioannes omnia hæc, feſtinationi ſemper inſiſtens, optima ratione aggreſſus eſt. Aliter enim, niſi hujuſmodi indulgentia in his Beatum Ioannem uſum eſſe dicamus; ubi de hoc ipſo ceterorum Sanctorum Patrum dicta locabimus, vel quonam modo ipſa accipiemus? Utique ergo, qui in uno eodemque ſpiritu loquuti ſunt, ſibi invicem adverſari dicamus? Nequaquam omnino. Magno Baſilio in primis,

μεγάλου Βασιλείου πρὸ τῶν ἄλλων ἄκουε· ἐπεξηγούμενος γὰρ τὸ Μωσαϊκὸν ῥητὸν τὸ λέγον, καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ πρωΐ, ἡμέρα μία, καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισι· τὸ τῶν εἴκοσι τεσσάρων ὡρῶν μέτρον μιᾶς ἡμέρας ἐστὶ διάστημα· ἤγουν ἡ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατάστασις, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ γίνεται· μηδεὶς οὖν τῷ ἰδίῳ χαριζόμενος λογισμῷ, καὶ τὰ φιλοσόφους ταῦτα τὸν μέγαν λεγέτω διεξιέναι Βασίλειον, καὶ ἐντεῦθεν οὐκ ἐν ἀρχῇ περιφέρειν τὴν διδασκαλίαν τοῦ πνεύματος· ὁ γὰρ θεῖος οὗτος ἀνὴρ καὶ ταύτην ἔλυσε προλαβὼν τὴν ὑπόνοιαν· ἐν γὰρ τῇ εἰς τὴν ἑξαήμερον ἑ-

mis, si tibi lubeat, aures praebe, qui Mosis dictum exponens: *Et factum est vespere, & mane dies unus*, hisce iisdem verbis edisserit: *Viginti quatuor horarum mensura unius diei est intervallum; coeli igitur ex eodem in idem punctum una tantum die fit iterum restitutio*. Nullus ergo suae indulgens opinioni haec secundum Philosophos magnum Basilium disseruisse, & exinde spiritus doctrinam in captu ram circumferre, adfirmet. Ipse enim vir divinus subspicionem praeoccupando expulit. Etenim in

χλη αὐλοῦ ὁμιλία, καὶ λάδ᾽ε φησίν· Ἐπειδὴ πρόκειλαι ἡμῖν εἰς λὴν λοῦ κόσμου σύσλασιν ἐξέλασις καὶ θεωρία λοῦ παυλὸς, οὐκ ἐκ λῆς λοῦ κόσμου σοφίας λὰς ἀρχὰς ἔχουσα, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν λὸν ἑαυλὸν θεράπονλα ὁ θεὸς ἐξεπαίδ᾽ευσεν, ἐν εἴδ᾽ει λαλήσας αὐλῷ, καὶ οὐ δι᾽ αἰνιγμάλων· ἀνάγκη πάνλως μὴ ἀγύμναλον ἔχειν λὸν νοῦν πρὸς λὴν λῶν ὑποκειμένων ἡμῖν καλανόησιν· καὶ λί χρὴ πολλὰ λέγειν; εἰ ὁ ἐν θεολογίᾳ διαπρέψας μέγας Γρηγόριος τόλε γινώσκειν κλίσεως λόγους ἔλεγε, καὶ μετὰ τοῦ κλίσλου συνεῖναι, ἡνίκα λὴν λοιαύλην ἑξαήμερον μετεχειρίζετο· καὶ διὰ γλώλ-

sexta in Hexaëmeron Homilia haec infit: *Quoniam proponitur nobis in mundi conſtitutionem inquiſitio, & contemplatio univerſitatis, non ex mundi ſapientia initia habens, ſed ex iis, quae Deus non per aenigmata, ſed in ſpecie loquutus, famulum ſuum edocuit; neceſſe omnino eſt ad illorum, quae nobis proponuntur, cognitionem non inexercitatam mentem habere.* Quid plura? Si Theologia excellens magnus Gregorius tunc cognoſcere creationis rationes, & ſimul cum Creatore intelligere, quum hujusmodi ſex dies adgrederetur adſerebat,

ῆς ταύτην ἔφερε, τίς ἐπὶ τοσοῦτον ἑαυτὸν τεθάρρηκεν, ὥς τε καὶ πλεῖόν τι τοῦ διαληφθέντος ἀνδρὸς καὶ φρονεῖν ἅμα καὶ ἀποφαίνεσθαι; μὴ οὖν ἀντιπίπτωμεν ἀκριβῶς εἰδότες, ὅθεν καὶ ὅπως τὰ τοῦ μεγάλου πονήματα συγκέκριται. πρὸς τούτοις δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ θειοτάτου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης ἄκουε λέγοντος· ὅτι περιέσχεν ἐν κύκλῳ τὰ πάντα τὸ οὐράνιον σῶμα, τὴν δὲ μέσην τοῦ παντὸς ἀπέλαβε χώραν τὰ βαρέα καὶ καταφερῆ τῶν σωμάτων· γῆτε καὶ ὕδωρ ἀλλήλοις διακρατούμενα, καὶ ἡ μὲν κυκλοφορουμένη οὐσία διὰ τῆς ὀξείας κινήσεως τὸν

& in ore hoc ferebat; quis tantum ſibi ipſi confidat, ut aliquid amplius quam laudatus Vir ſentire ſimul, & exponere ſperet? Ne igitur diſſentiamus, quum perſpicue, unde, & quomodo magni hujus viri opera comparata ſint, intelligamus. Inſuper vero quoque diviniſſimum Gregorium Nyſſenum dicentem audi: *Continere* ſcilicet *omnia in orbe coeleſte corpus, mediam vero univerſi regionem gravia, & deorſum tendentia corpora tenuiſſe; teram autem, & aquam a ſe invicem contineri, & hanc, quae in orbem circumfertur, ſubſtantiam ob motus velo-*

loci-

ἀστὸν τῆς γῆς ἐν κύκλῳ περισφίγγει· καὶ οὔτε ἡ γῆ τῆς ἰδίας βάσεως μετατίθεται· οὔτε οὐρανὸς ποτὲ τὸ σφοδρὸν εὐδίδωσι καὶ ὑποχαλᾷ τῆς κινήσεως. ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τὴν μέσην ἀπέλαβε χώραν τοῦ παντὸς ἡ γῆ, καὶ ὁ θειότατος Ἰωάννης Δαμασκηνὸς ἐν τῷ περὶ γῆς κεφαλαίῳ σαφέστατα ἔδειξεν οὕτως εἰπών· ἧττων δὲ ἡ γῆ, καὶ πάνη σμικροτέρα ἐστὶ τοῦ οὐρανοῦ· ὥσπέρ τις στιγμὴ ἐν μέσῳ τούτου κρεμαμένη· καὶ τούτου χάριν ἀμφιβάλλειν οὐκ εὔλογον· ὅρα γὰρ ὅτι καὶ τὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἐξήρτηται·

locitatem terrae discum circulatim ambire, & neque de sua basi dimoveri terram, neque coelum unquam vehementiam motus remittere, & coërcere. Haec autem ita sese habere, mediamque universi regionem terram occupasse divinissimus Ioannes Damascenus in Capite de Terra ita loquens manifestissime significavit. *Inferior omnino, & minor coelo terra est, & veluti punctum quoddam in hujus medio subspensum*; qua in re ambiguum se traducere alienum est. Vides enim & ea, quae Magnus Basilius habet ex hac intelligentia pende-

re;

ἐν γὰρ τῇ διαληφθείσῃ ὁμιλίᾳ καὶ τάδε περὶ τούτου φησίν· τῷ δὲ ἡλίῳ οὐδείς ἐστιν ἐγγιτέρω, καὶ οὐδείς ἐστι πορρωτέρω, ἀλλ' ἐξίσου τοῦ δύματος τοῖς κατὰ πᾶν μέρος τῆς γῆς ὠχισμένοις προσβάλλει. Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν, ὡς εἴπερ ἡ γῆ μὴ κατὰ μέσον τοῦ παντὸς ἀπαιώρητο, οὐκ ἂν ὁ ἥλιος ἀφ' ἡμῶν, ὡς ὁ διαληφθεὶς ἔφη πατὴρ, ἀπανταχόθεν ἐξίσου διίστατο. ταῦτα μὲν οὖν ἀριδήλως παρίστησι τὸν οὐρανὸν κυκλοτερῆτε καὶ ἀκίνητον ὄντα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τούτοις ἀντίκρισις. εἰ δὲ τὸ προφητικόν μοι παράγεις ῥητὸν τὸ λέγον· ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ

re; in laudata enim Homilia ita ait; *Nullus eſt proximior, & nullus eſt remotior a ſole, ſed aequaliter hic omnibus, qui ſingulas orbis terrarum partes habitant, occurrit*. Hinc ergo manifeſtiſſimum eſt, quod, ſi terra in univerſi medio non ſubſpenderetur, neque profecto ſol a nobis, ut laudatus Pater inquit, aequaliter undecumque diſtaret. Haec igitur quidem & rotundum, & immobile coelum perſpicue oſtendunt, & nulla de his reſponſio eſt. Si autem mihi Prophetae dictum obiicias, ſcilicet, *Qui ſubſpendit coelum quaſi*

χαμάραν, κἀντεῦθεν ἡ-
μικύκλιον εἶναι δισχυ-
ρίζη τὸν οὐρανὸν καὶ ἀ-
κίνητον· ἐκεῖθέν σοι κἀ-
γὼ τὸν ὑπερούσιον πάν-
τως θεὸν ἀνθρωπόμορ-
φον εἶναι διαμαρτύρο-
μαι, καὶ ἐνσώματον·
δράκα γὰρ ὁ προφή-
της αὐτῷ καὶ σπιθα-
μὴν περιτίθησιν· ἀλλὰ
καθάπερ δι' αὐλῶν τοιού-

ſi fornicem (4), & heinc in medio ſectum, & immobile coelum eſſe deducas; exinde tibi & ego ſuperſubſtantialem omnino Deum figura humana, & corporeum eſſe probo; pugillum enim, & palmum Propheta ipſi adtribuit. Sed ſicuti per hujusmodi verba, pugillum inquam, &

---

(4) Hiſce Iſaiae verbis aeque ac permultis aliis quae in SS. Scripturis occurrunt nimium adhaerentes Patres tamquam ſido firmiſſimoque ſcopulo, hallucinati ſunt, cum voluere etiam naturae leges, & phyſicam doctrinam iis ὑπεραχριβῶς expendere. Divinitus inſpirati Vates tropico quo utuntur loquendi more, atque idem ſpiritus ipſos afflans nullo modo phyſicum mundi ſyſtema explanare contenderunt, verum uni Religioni conſulere. Id quod ſi cautum eſſet, non ſane tot jurgia & rixas excitaſſent ſequioris aetatis Theologi impietatis notam inurentes iis lubenti natis Minerva hominibus, qui facem quodammodo veritati praetulerunt, certis ſtatiſque legibus naturalem ſcientiam examinantes. Utinam tamen & adhuc non eſſent qui in meridiana luce caecutiunt, ac viriliter, tamquam pro aris & focis, pro iniquo alieni temporis fato pugnant.

τῶν ῥημάτων, δραχός τε λέγω καὶ σπιθαμῆς, μικρὸν μέρος τῆς ὅλης τοῦ θεοῦ δυνάμεως τροπικῶς ὁ προφητικὸς λόγος ἐνέφηνεν· οὕτω διὰ τὸ εἰπεῖν, ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ωσεὶ καμάραν, τὴν εὐκολίαν τῆς τέχνης, ἢ ἐκ μὴ ὄντων τὰ πάντα παρήγαγε πανσόφως ὑπεσημείνατο· καὶ οὐκ ἐμὰ ταῦτα τὰ ῥήματα· ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης οὕτω με πείθει περὶ τούτου φρονῶν ἐν τῷ περὶ οὐρανοῦ κεφαλαίῳ καὶ τάδε διεξιών· τινὲς μὲν ἡμισφαίριον τὸν οὐρανὸν ἐφαντάσθησαν ἐκ τοῦ τὸν Δαβὶδ λέγειν, ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν· καὶ τὸν Ἡσαΐαν ὡσαύτως· ὁ στήσας τὸν

& palmum, parvam universae Dei potentiae partem propheticus sermo figurate demonstravit; ita dicendo, qui subspendit coelum quasi fornicem, facilitatem artis, qua ex non existentibus omnia produxit, sapientissime subindicavit. Et haec verba non sunt mea. Damascenus Ioannes in Capite de Coelo, de hoc opinans me edocet, dum ita differit: *Quidam sane hemisphaerium esse coelum opinati sunt, propterea quod David dicat: Qui extendit coelum tamquam pellem, & Isaias quoque: Qui subspendit coelum quasi fornicem.*

οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον· ὅτι δὲ περιφερόμενος ὁ οὐρανὸς, καὶ αὐτὸν συμπεριφέρει τὸν ἥλιον, ἐδήλωσε μὲν ὁ Νυσσαῖος θεῖος Γρηγόριος τὴν θείαν ὑπερεκπλήττόμενος δημιουργίαν, καὶ λέγων· τίς περιάγει τὸν οὐρανὸν, ὥστε ὑπὲρ γῆς τὸν φωστῆρα γενέσθαι; οὐχ' ἧττον δὲ τὰ περὶ τούτου, καὶ αὐτὸς ὁ μέγας ἐνέφηνε Μάξιμος ἐπεξηγούμενος τὸ τῆς παλαιᾶς ῥητὸν τὸ λέγον· στήτω ὁ ἥλιος καὶ τὰ Γαβαῶ, καὶ ἡ σελήνη καὶ φάραγγας Αἰλὼμ· καὶ οἷον θαυμάζων τὴν ἀῤῥησίαν τοῦ θεοῦ

Et haec quidem hactenus. Coelum autem circumferri & cum eo simul circumferri ipsum solem, manifestavit quidem D. Gregorius Nyssenus divinum admirans opificium, & ita loquens: *Quis circumducit coelum, ut sit luminare super terram?* Non minus vero, quae ad hoc attinent, magnus ipse Maximus edidit, dum exponit veteris Testamenti hujusmodi dictum: *Stet sol contra Gabaon, & luna super valles Elom* (5); & veluti inef-

(5) Quem nam latent, vel qui siccis oculis audivit iniqua τοῦ σοφώτατου Galilaei fata, quibus omnimode vexatus fuit huiusce Sacrae Scripturae testimonii causa, & undique impetitus ab imperitorum debac-

θεοῦ καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισιν; ἡλίου τε καὶ σελήνης δρόμον ἔπεσχεν ἀκόλυτον ὁ θεὸς παραδόξως, ἵνα ἀεικίνητον τοῦ παντὸς φύσιν στήσας ἀκίνητον. Τί τούτου παραδοξότερον; τί τῆς κυκλικῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἐκφαντικώτερον; καὶ ταῦτα τοῦ μεγάλου Βασιλείου τὴν τῶν οὐ-

ineffabilem Dei ſapientiam, & potentiam admirans, hiſce iisdem verbis dicit: *Solis, & Lunae curſum inoffenſum Deus continuit mirabiliter, ſemper mobilem Univerſi naturam efficiens immobilem.* Quid hoc admirabilius? Quid ſphaericа Univerſi natura evidentius? Haec quoque Magni Baſilii coelorum orbicu-

C larem

---

debacchantium ſtimulis fateri nolentium ἄῤῥητον τὴν ipſorum ignorantiam? Terram motu quodam agi, ac non uno contentam loco manere, complures penes antiquos putarunt, & ſi Plutarcho in libro *Platon. Quaeſt.* fides habenda, Ariſtarchus, & Seleucus oſtenderunt. Immo ipſe ibidem narrat Theophraſtum aſſeruiſſe τῷ Πλάτωνι πρεσβυτέρῳ γενομένῳ μεταμελεῖν ὡς οὐ προσήκουσαν ἀποδάντι τῇ γῇ τὴν μέσην χώραν τοῦ παντός. Scilicet *Platonem jam natu grandem poenitentia fuiſſe ductum, quod terram in medio Univerſi, non ſuo loco, ſtatuiſſet.* Id tantum innuiſſe ſat erit, ut oſtendatur non unum fuiſſe Galilaeum, qui hodiernum planetarium ſyſtema confinxerit, ſed ſtatis Naturae legibus innixus luce clarius oſtenderit omnino a vero aberrare quotquot Ptolemaicis fabellis, nullo conſtituto examine, aſſentiuntur.

ρανῶν κυκλικὴν περιδίνησιν ὑπεμφαίνοντος· μὴ οὖν ἄναρχα φαντάζου, ὦ ἄνθρωπε, τὰ ὁρώμενα, μήδ' ἐπειδὴ κύκλῳ σε περιτρέχει τὰ κατ' οὐρανὸν κινούμενα· ἡ δὲ τοῦ κύκλου ἀρχὴ τῇ προχείρῳ ἡμῶν αἰσθήσει οὐκ εὔληπτος, ἄναρχον ἡγοῦ τῶν κυκλοφορικῶν σωμάτων τὴν φύσιν. Ἀλλὰ καὶ ὁ πολὺς ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος οὐ περὶ τῶν ἔξω φιλοσόφων, περὶ δὲ τῶν φωτῶν τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ τάδε φησίν· οἶδα καὶ ἕτερον φῶς, τὴν κυκλικὴν τῶν ἀστέρων περίοδον. εἰ μὲν οὖν ἡμίτομος ὁ οὐρανὸς, καὶ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ φαινόμενον ἄνωθεν, εἰ

larem vertiginem oſtendentis: *Ne igitur, o homo, ſine principio, quae cernuntur, opinare; neque coeleſtia corpora, quae moventur, quoniam circulo te circumcurrunt, & circuli initium expedito noſtro ſenſui captu facile non eſt, ſine principio corporum ſe in orbem moventium naturam exiſtima*. Sed excellens Theologia Gregorius non de gentilibus Philoſophis, ſed de luminibus verba faciens, haec inquit: *Novi & alterum lumen, circularem aſtrorum viam*. Si igitur ſemiſectum eſt coelum, & hoc eſt, quod deſuper adparet hemiſphaerium;

&

οὐχ ὑποστρέφει τὴν γῆν ὁ ἥλιος κάτωθεν, πόθεν λοιπὸν οἱ ἀστέρες, καὶ τινὶ τρόπῳ κυκλικὴν ποιοῦνται περίοδον; εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν, ὡς οὐκ ἐναντιούμενος τοῖς λοιποῖς πατράσιν ὁ θειότατος Ἰωάννης, ἀλλὰ τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενος, καὶ πείθων τοὺς ἁπλουστέρους μὴ τοῖς εἱμαρμένην, καὶ τύχην δοξάζουσι συναρπάζεσθαι, μήδε τὴν ζωὴν αὐτῶν ταῖς τῶν ἄστρων κινήσεσιν ἀναρτᾶν, καὶ ἐντεῦθεν ἀπάγεσθαι τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ ὀρθοῦ φρονήματος παρασύρεσθαι, τοιαῦτα γράφειν ὁ παμμέγας εὐμεθόδως οὐ παρ-

& ſi infra terram ſol minime circumit, unde tandem, & quomodo circularem curſum ſtellae peragent? Hinc ergo manifeſtum eſt, non ut ceteris Patribus adverſantem, ſed opportune diviniſſimum Ioannem locutum, ſimpliciori-bus perſuadere conantem, ne ab iis, qui fortunam, fatumque credunt, ſeduci ſe ſinerent, neque ſuam ipſorum vitam aſtrorum motibus adſcriberent, adeoque ne abducerentur a Deo (6), & a recta ſententia divellerentur, hæc Magnum ſcribere

(6) Vides hic noſtrum Glycam totum in eo verſari ut Chryſoſtomum defendat fere opportune de Mundo ipſe ſenſerit, atque optime ſemiſectum coelum pronun-

ρητήσατο· καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; ὁ θεοφάντωρ καὶ μέγας Διονύσιος ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ, ἐν ᾧ περὶ ἀγαθοῦ διδάσκει φωτὸς, καὶ τάδε περὶ τούτων ἀριδήλως διείληφε· τήντε τοῦ οὐρανοῦ

scribere non dedignatum fuisse. Quid plura? Theologus ille magnus Dionysius in quarto suo Capite, in quo de bono lumine differit, haec pariter de his manifeste edocet: *Coeli*, *dico*,

---

pronuntiarit, ut fati, fortunaeque errorem radicitus evelleret. Probe utentis ratione nunquam tamen erit commentum quodvis errore alio refutare, eo magis quod luculenter in Sacris Scripturis circularis coeli mentio saepius habetur, praecipue vero *Cap. XXIV. Eccl.* ubi dicitur *gyrum coeli circuivi sola &c.*, graece aptius, & verius ἐκύκλωσα, scilicet *circumduxi*, *rotundavi*, *conglobavi*, & Isaiae Cap. XL., *qui sedet super gyrum terrae*, vel secundum Hebraeos *qui sedet super globum terrae*. Si globus est igitur terra, sane & Antipodes erunt, rotundum erit coelum, non semisectum. In haec itaque & alia testimonia si respexissent Chrysostomus *Homil.* 14., & 27. *in Epist. Paulli ad Hebr.*, Justinus Martyr, Basilius *Homil.* 1. *super Genes.* Ambrosius *lib.* 1. *in Hexaemer.* Lactantius, & alii innumeri, numquam coeli rotunditatem negassent, ac vidissent eam non esse *figmentum graecorum a ratiocinando profectum*, uti Elias Cretensis *ad Orationem* 7. *Nazianzeni* autumavit, quod ex Scripturis ipsis probatur, quodque rationi consonum, quemadmodum Ptolemaeus novem argumentis ostendit *Cap.* 3. *Lib.* 1. *edit. magnae*, Aristot. 2. *Coel. tex.* 22. *& seqq.*

ρανοῦ, φημὶ, παράδοξον κίνησιν, τὴν κυκλικὴν τῶν ἀστέρων περίοδον, τὴν μεταβατικὴν αὐτῶν δίοδον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν μεγάλων φωστήρων ἀποκατάστασιν, καθ' ἣν ἐνιαυτοί τε καὶ μῆνες ἐκμετρῆσθαι εἰώθασι. Τοῦτο οἶμαι καὶ τὸν σοφὸν Σολομῶντα αἰνίττεσθαι λέγοντα· Ὀλίγη ὁ ἥλιος ἀπάρχεται πρὸς νότον, καὶ κυκλοῖ πρὸς βορρᾶν, ὥστε τῷ μὲν οὐρανῷ, καὶ ἄκων συμπεριφερόμενος ὁ ἥλιος, ποιεῖ τὸ νυχθήμερον· ἔθετο γάρ, φησι, ταῦτα εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς· τὴν αὐτοῦ δὲ πορείαν ἠρέμα ποιούμενος τὴν ἀπὸ δυσμῶν δηλονότι πρὸς ἀνα-

dico, mirabilem motum, & circularem aſtrorum curſum, & ipſorum tranſgredientem tranſitum, & ex hoc in idem magnorum luminarium reſtitutionem, ſecundum quam annos, menſeſque metiri conſuevimus. Hoc quoque ſapientem Salomonem clam innuiſſe exiſtimo, ubi dicit: *Sol ab Auſtro ſurgit, & rotatur ad Aquilonem*, ita ut cum coelo, & invitus circumactus diem, noctemque efficiat; *Poſuit enim*, inquit, *haec in ſigna, & tempora, & dies, & annos*; ſuum enim tranſitum clam ab Occidente faciens, adparens

ανα-

ἀνατολὰς, καὶ ἀπὸ τοῦ ζωδίου μεταβαίνων εἰς ζώδιον, τὸν ἐνιαυτὸν ἐκπληροῖ. Ἐνιαυτὸς γὰρ οὐδὲν ἄλλό ἐστι, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατάστασις. καὶ εἰ μὴ πείθει τοῖς λεγομένοις, αὐτῷ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ πείσθητι. ἐν γὰρ τῇ ἕκτῃ ὁμιλίᾳ αὐτοῦ, καὶ ταῦτα περὶ τούτου διέξεισιν· ἐπεξηγούμενος καὶ γὰρ τὸ διαλῆφθεν ῥητὸν τὸ λέγον· καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς καὶ εἰς ἐνιαυτούς· καὶ δεικνύων ἐντεῦθεν ὅπως ὁ ἥλιος ἀποτελεῖ τὸν ἐνιαυτὸν, καὶ τάδε φησίν· Ἡλιακὸς δέ ἐστιν ἐνιαυτὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον

στιν ὁ χειροτονήσας τὸν deinde vero illorum
ἐν ἁγίοις καὶ ἀρχιε- tertius, & Theophi-
ρεύσιν ἀσύγχριτον θεῖον lus vix ſuſceperunt.
Χρυσόστομον, πρεσβύ- Hic ille Flavianus
τερον. οὐκ ἐδέξατο δὲ eſt qui S. Archiepi-
Φραυίταν, οὐδὲ τὸν ἐν ſcopum incompara-
ἁγίοις Εὐφήμιον, οὐδὲ bilem & divinum
Μακεδόνιον, διότι τὸν Chryſoſtomum ordi-
Ἀχάκιον οὗτοι τῶν δι- navit presbyterum.
πτύχων οὐκ ἐξέβαλλον. Praeterea Romani
Pontifices nec Fravitam recepere, nec S. Euphemium, nec Macedonium eo quia Acacium e diptychis non ejecerint (2).

Sed

---

(2) De diptycis, eorumque uſu nihil addendum poſt ea quae *Du-Freſne* in Gloſſario tum Graeco tum Latino, *Caveus* in diſſertatione Eccleſiaſticorum librorum penes Graecos, *Goarius* in Εὐχολόγιῳ ſive Rituali Graecorum pag. 143. retulerunt. Erravere certe Gentianus Hervetus cum δίπτυχα interpretatus eſt *Corporalia*, & Meurſius cum ea *Eccleſiaſticos libellos* in ſuo Lexico barbaro dixit; Diptyca namque tabulae erant duae ſimul iunctae eo pacto, ait Goarius, *quo Moyſi tabulas depingimus*, quas ideo Auguſtino *Lib.* 15. *Cap.* 4. contra Fauſtum *Diptycum lapideum* placuit appellare. In earum igitur altera vivorum nomina, in altera mortuorum, ſacrificii tempo-

ἀλλ' οὐδὲ τὸν τῇ ἁ- Sed nec S. Trinita-
γίᾳ Τριάδι ἀγαπήτον ti charum, omnique
πανίερον Χρυσόστομον, Sacerdotali virtute
κατ' ἀρχὰς ἐδέξανλο, praeditum Chryſo-
ὅτι, φασὶν, ἀπὸ Αντιο- ſtomum initio qui-
χείας αὐτὸν οὐκ ἔδει dem ſuſceperunt di-
εἰς Κωνσταντινούπολιν centes, illum Antio-
χειροτονηθῆναι· ὕστερον chena relicta, non
δὲ καὶ ὑπερήσπισαν. οὐκ debuiſſe ad Conſtati-
οἶδα δὲ εἰ καὶ Με- nopolitanam ſedem
λέτιον ἐδέξανλο τὸν Αν- promoveri; deinde
τιοχείας· μήποτε γὰρ vero eius quoque
tutelam geſſere. Neſcio vero an &
Meletium Antiochenum averſati ſint,

---

tempore recitanda conſcribebantur, Principum præcipue & Epiſcoporum, idque erat veluti communionis πρὸς ἀλλήλους indicium.

Quod ad Epiſcopos vero a Photio hic memoratos, atque a Romanis Pontificibus δεινῶς exceptos ob invidiam Acaciani nominis, ſi Fravitam excipias cuius fides non ſatis certa, dicendum eſt ipſos immerito veluti reos actos, temporis enim ratio poſtulabat ut e tabulis non expungeretur Acacii nomen, id quod ſi feciſſent, graviori ſane ſchiſmati viam ſtraviſſe viſum fuiſſet. Legas ſi lubet *Natal. Alexandr. Diſſertat. XX.* ſaeculi V., in qua integerrimam Euphemii & Macedonii fidem validiſſimis argumentis adſtruit.

ἐκεῖνον ἀποστρέφωνται διὰ Παυλῖνον τὸν ὑπὸ τῶν δυτικῶν χειροτονηθέντα· καὶ γὰρ καὶ ἐπιστολὴν οἶδα τοῦ μεγά-

fieri enim potuit ut illum non receperint Paulini ergo, quem Occidentales ordinarunt (3). Nam & epi-

(3) Ut aliqua luce donetur hic locus, alioquin obſcurus, infanda ea tempora mente repetenda ſunt cum Euſtathio Antiocheno Epiſcopo in exilium amandato, ac poſt Eulalium, Meletio Sebaſteno Pontifice ab Arianis in Antiochenam Sedem translato, Schiſma Antiochiae emerſit, namque etſi Meletius Catholicae veritati ſtuderet, praeter Arianorum opinionem, attamen Euſtathiani cum eo communionem inire recuſarunt quod ab Haereticis ordinatus fuiſſet. Antiochena itaque Eccleſia exinde trifariam diſciſſa eſt, alii enim Arianiſmo adhaeſerunt, & ex Catholicis alteri pro Euſtathio, pro Meletio alteri ſtetere. Sua ipſorum ſpe fuſtrati Ariani omnem moveruut lapidem ut Meletius ſua deturbaretur ſede, atque Euzojus ipſi ſufficeretur ex Arii Schola alter Ulyſſes, id quod Conſtantii Imperatoris auctoritate perfectum eſt. Brevi tamen Caeſar fato functus eſt; cumque Iulianus imperii habenis ſuſceptis exules de more revocaſſet, Lucifer Calariranus ex Aegypto rediens Antiochiam conceſſit, ubi conciliandarum ſtudio partium, Paulinum epiſcopali munere donavit, ratus ipſum utriſque gratiſſimum fore. Eum vero fefellit opinio, & Antiochiam reverſo Meletio, auctum potius eſt diſſidium quam extinctum, immo in dies magis ac magis crevit, orta tunc temporis de Hypoſtaſeos voce controverſia, illudque tantum ſublatum tunc agnoſcimus, cum ab altero exilio Meletius

γάλου Βασιλείου πρὸς Τερέντιον κόμητα, ἐν ᾗ διαβάλλει τὲς δυτικὲς διὰ τὴν κατὰ Μελητίου ἀποστροφὴν, ὡς οὐκ ὑγιῶς κρίνοντες τὰ πράγματα. ἴσως

epistolam Magni Basilii esse novi ad Terentium comitem, in qua, ob aversum a Meletio animum Occidentales exagitat, vel ac de rebus minus recte iudicarent. Verum forte Meletium, quod in secunda consederit Sy-

---

letius per Gratianum revocatus, communionem cum Paulino iniit ea conditione, ut alterutro mortuo, qui supereſſet solus Ecclesiam regeret. Vide Rufinum *Lib.* 1. *Eccleſiaſt. Hiſt.* Socrat. *Lib. V. Cap.* 5. Sozomen. *Lib.* 7. *Cap.* 3. & 15. Paulini χειροτονίαν sane contra Ecclesiae canones factam fuisse omnes Graeci contenderunt, etsi Latini in contrariam pluries ierint sententiam, ubi enim ab illis agitur de Orientali Ecclesia toto marte sudant ut inveniant quid criminentur, sesequeſ efferant prae illa. Quapropter in Meletii causa S. Basilius scribens ad Terentianum Comitem *Epist.* 349., quae prorsus innuitur deinceps etiam a Photio, ait: Καὶ οὐ θαυμάζω τῆς ἀληθινῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας τὸν θαυμασιώτατον ἐπίσκοπον Μελέτιον παραλογιζόμενα· οἱ μὲν γὰρ ἀγνοοῦσι παντελῶς τὰ ἐνταῦτα· οἱ δὲ καὶ δοκοῦντες εἰδέναι, φιλονεικότερον μᾶλλον ἢ ἀληθέστερον αὐτοῖς ἐξηγοῦνται. *Nec miror a vera Dei eccleſia admirandum Epiſcopum Meletium abdicari: alii enim penitus ignorant noſtrarum rerum conditionem; alteri vero qui videri volunt noviſſe, contentioſe magis, quam cum veritate referunt.*

δὲ αὐτὸν διὰ τὸ ἐν τῇ δευτέρᾳ καθεσθῆναι συνόδῳ οὐκ ἀποστρέφονται.

Synodo (4), ſua ipſorum communione non cenſuerunt indignum.

(4) Synodo huic a Theodoſio magno, inconſulto Damaſo Papa, coactae Conſtantinopoli, quis præfuerit ex hiſtoricis monumentis non ſatis compertum eſt. Permultis probabilius videtur praefuiſſe Timotheum Alexandrinum, eo quia ſemper primus in ordine epiſcoporum habeatur. Photius tamen ipſe *in libro de Synodis* ſcribens Conſtantinopolitanam Synodum praeſides habuiſſe Timotheum, Meletium Antiochenum, & Cyrillum Hieroſolymorum antiſtitem, atque hic dicens Meletium conſediſſe in ſecundo hoc Oecumenico Concilio, innuere videtur tres hoſce Epiſcopos una ſimul forte praefuiſſe Synodo.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ γ'.

Ποίου ἐκβληθέντων Πατριαρχῶν, τῇ τῶν κρατούντων πρὸς αὐτοὺς ἀπεχθείᾳ βασιλέων, οἱ μετ' αὐτοὺς ὀρθόδοξοι ὄντες ἀποδέχονται.

INTERROGATIO III.

Quinam Patriarchae Imperatorum odio a ſua ipſorum ſede deturbati, deinde ab Orthodoxis principibus recepti ſunt.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἀναστασίου ἐκβληθέντος τοῦ θαυμα-

RESPONSIO.

ADmirabili Anaſtaſio (1) eiecto Thau-

(1) Anaſtaſium Sinaitam a ſua Antiochena ſede, quam adierat extremis Iuſtiniani Caeſaris temporibus, imperante Iuſtino deturbatum fuiſſe calumniis obrutum, ac ſub Mauritio poſt viginti tres annos in exilio exactos iterum Antiochiam rediiſſe, conſtans eſt omnium ſcriptorum opinio poſt Evagrium, qui *Lib. V. Cap. 5. Hiſtor. Eccleſ.* refert quod Iuſtinus eum ſede pepulit ἐπεγκαλῶν οἱ τῶν τε ἱερατικῶν χρημάτων τὴν γεγενημένην δαπάνην, λέγων καὶ ἐς ἄπειρον καὶ μὴ κατὰ τὸ προσῆκον γενέσθαι, τήν τε ἐς αὐτὸν βλασφημίαν *Obiciens ei tum quod S. pecuniam in ſuperfluos ac minime neceſſarios uſus profudiſſet, tum quod ipſi convitiatus eſſet.* Sunt qui ajunt ſententia cujusdam pſeudoſynodi ab honore excidiſſe Anaſtaſium, eique ſuffectum Gregorium, verum cum nec Evagrius id memoret; nec qui Συνόδικας βίβλους conſcripſere id innuant, credendum hoc factum Iuſtini impotenti auctoritate; nec aures praebendae ſunt iis, qui Gregorio infenſiores contendunt cum nec vere nec legitime potuiſſe Epiſcopali

μασίου, ὁ θαυμαλουργὸς Γριγόριος ἐκράλησεν τὴν Ανλιοχείας Εκκλησίαν ἔλι κδ. καὶ ἀπέδεχθη, καὶ μελὰ τὴν αὐλοῦ πρὸς Κύριον μελάσλασιν αὖθις εἰσῆλθεν Αναστάσιος Ανλὶ τοῦ σωτῆρος τοῦ κόσμου τιμίου Χρυσοστόμου ὁ Αρσάκιος, ὁ Αττικὸς, καί τοι

Thaumaturgus Gregorius Antiochenam Eccleſiam XXIV. annis obtinuit omnibus acceptus, verum poſt eius ad Dominum migrationem, iterum Antiochiam reverſus eſt Anaſtaſius. Loco venerandi, ac mundi ſalutem operantis Chryſoſtomi, Arſacius & Atticus ſuſcepti fuere (2), quamvis am-

bo

---

pali munere fungi, cum ambitu ſibi Imperatoris animum conciliaſſet. De hoc altum Silentium penes coaevos ſcriptores, nec quis ex veteribus Hiſtoricis id illi obiecit; immo Evagrius non ſemel eius virtutes commendat, quae prorſus evanuiſſent, ſi reus eſſet ambitus. Vide *Cap. 6. lib.* ſuperius citati, in quo mores eius ab Evagrio merita donantur luce.

(2) Quibus repetitis dolis, quave furenti perſecutione impetitus fuerit Chryſoſtomus a nefario Theophilo Alexandrino, qui in Synodo ad Quercum coacto illum procaciter condemnavit, quave ira ſemel & iterum Eudoxia in S. Antiſtitem muliebriter exarſerit, habes apud Socratem, Sozomenum, & Theodoretum, ut recentiores praeteream. Ad Conſtantinopolitanam ſedem itaque promotus Arſacius om-

ἄμφω εἰς τὴν αὐλοῦ καθαίρεσιν εὐδόκησαν, καὶ τῶν αὐλῷ ἐπιβουλευσάντων, ἦσαν ἑκάτεροι. Ἀντὶ Εὐτυχίου Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννης ἀπεδέχθη, καὶ μετὰ θάνατον πάλιν Ἰωάννης, Εὐτύχιος πάλιν. ἀντὶ Ηλία Ιεροσολύ-

bo eius depositionem probaverint, & ex ipsius inimicorum numero essent. Pro Eutychio Constantinopolitano pari modo Ioannes susceptus est, & post eius obitum rursus Eutychius (3). Pro Helia Hie-

---

omnem navavit operam ut novas turbas excitaret, primusque *Ioannitarum* nomine notari jussit quotquot Chrysostomi exulantis partibus studerent, eos veluti perduelliones insectatus, ut fastui quo aextuabat morem gereret, hostibusque Chrysostomi obsecundaret. Brevi tamen is fato concessit, illique suffectus est Atticus, qui ut communionem cum Rom. Pontifice, & Occident. Episcopis iniret, nomen Chrysostomi in tabulas rettulit non sine invidia suorum, & Cyrilli Alexandrini praecipue, quem patrui odium invaserat, quique sero nimium a simultate recessit Isidori Pelusiotae gratia, uti & deinceps innuemus.

(3) Eutychii Episcopatum in ea incidisse infanda tempora cum Theodorus Caesarienſis, Origenis damnatione offensus, volensque damnatis ipsius manibus parentare, studuit Iustiniano fucum facere trium Capitulorum controversiam excitans, omnes consentiunt tum veteres tum recentiores, atque anno 553. non 550., uti auctor Synodici a Pappo editi innuit

λύμων Ιωάννης, καὶ Hierosolymitano Io-

τοι an-

---

innuit, ipsum onus subiisse, eruitur praecipue ex iis quae Io. Leunclavius in *Notatorum ad libros Codicis*, *Lib. I.* Num. LXXV. profert ex vetere Manuscripto ubi legitur: Εὐτύχιος πρεσβύτερος καὶ μοναχὸς τοῦ ἐν Αμασείᾳ μοναστηρίου, ἔτη ιβ'. μῆνας ε. οὗτος ἐξεβλήθη ὑπὸ Ιουστινιανοῦ τῷ λ'. ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας. *Eutychius presbyter & Monachus Amasiani Monasterii, praefuit annis XII. mensibus V., ab Iustiniano eiectus anno Imperii eius* XXX. Is praefuit Oecumenicae V. Synodo, in qua sublata fuit trium Capitulorum quaestio, Chalcedonense Concilium confirmatum, Origenesque damnatus iterum aeque ac eius Sectatores, qui etsi primum parere visi sint Canonum Sanctionibus, brevi tamen rebellarunt, atque Iustinianus ipse (testibus Eustathio *in vita Eutychii*, & Evagrio *Lib. IV. Cap.* 40., in *Aphthartodocetarum* errorem lapsus, qui Christi corpus ante Resurrectionem incorruptibile asserebant) pseudoconcilio iterum Constantinopolim coacto, Eutychium aqua & igne privavit. Unus Richardus Crakanthorpius ex Protestantium grege in suo *Vigilio dormitante Cap.* 20. fictitium censet Iustiniani lapsum, falso tamen, id enim aperte eruitur cum a ceteris, tum ex Synodico ipso Libello post Pappum nova luce donato ab Iustello, in quo ad annum 550., etsi perperam, reponendus enim annus 554., haec habes: μετὰ χρόνους τινὰς Ιουλιανοῦ τοῦ Αλικαρνασσεως οἱ ἀνθεχόμενοι τῆς αἱρέσεως, Ιουστινιανὸν τὸν βασιλέα ὑποτοπεύσαντες πείθουσιν, ἐξ οὐρανοῦ καὶ παντελῶς ἄφθαρτον εἶναι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ καὶ Θεοῦ διαβεβαιούμενοι. δι' ἣν αἰτίαν αἱρετικὴν σύνοδον ποιησάμενος, μὴ πειθόμενον αὐτοῖς Εὐτύχιον τὸν ἀοίδιμον, εἰς Αμάσειαν καταχρίνει ἐξόρισον, καὶ Ιωάννην Ανθιοχέα σχολαστικὸν τῷ θρόνῳ τῆς Βυζαντίων ἐκκλησίας ἀνθικαθίστησι, τῇ ἀσεβείᾳ συνθέμενον. *Post nonnulla tempora ii qui Iuliani Halicarnassei haeresim tuebantur, Imperatori seducto persuadent, e Coelo*

τοι δι' εὐσέβειαν Ηελία annes, quamvis pie-
διωχθέντος. οὐκ οἶδα tatis ergo Elias (4)
perſecutionem toleraret. Neſcio an o-

D por-

Coelo, & omnino corruptionis expers eſſe corpus Domini noſtri Ieſu & Dei. Convocata igitur haeretica Synodo, celebrem illum Eutychium, qui ipſis non aſſentiebatur, in Amaſiam exulatum ablegat, & Ioannem Antiochenum Scholaſticum, qui impietati illi adſtipulabatur, in ſolium Eccleſiae Byzantinae collocat. Mortuo deinde Ioanne Iuſtini Iunioris, ac Tiberii temporibus, rurſus Eutychius conſtantinopolitanam ſedem adiit ſenio paene confectus, uti videre eſt penes Euſtathium, loco ſuperius citato.

(4) Severus Anaſtaſii Imperatoris fultus auctoritate ubi anno Chriſti 512. Antiochena Sede potitus eſt, nihil antiquius habuit quam Acephalorum partes tueri, Synodumque Chalcedonenſem anathemate damnare, atque eos Orientis Epiſcopos qui Synodicas eius Epiſtolas reſpuerant undequaque exagitare. Hos inter fuit Elias Hieroſolymorum antiſtes, qui procacitate detecta debacchantis pſeudo-epiſcopi, non tantum renuit cum ipſo communionem inire, verum & alios Pontifices monuit ne minis fracti ſuam magis curarent quam Eccleſiae cauſam, nonnulli enim vel decepti, vel neceſſitate adacti eius epiſtolis ſubſcripſerant. De his certior factus Severus, Anaſtaſium adeo commovit in eum, ut brevi militari manu a ſede ipſum expulit, & in exilium amandato Ioannes quidam ſuffectus fuit qui eadem quidem haereſi primum laboravit, deinde vero veritatis luce inluſtratus S. Sabae opera errorem ejuravit, ut videre eſt apud Evagrium *Lib.* 3., Liberatum *in Breviario*, fuſiuſque penes Cyrillum Monachum *in vita S. Sabae*.

εἰ δεῖ καταριθμεῖν ἐν τούτοις καὶ τὸν μετὰ Καλλίνικον τὸν παρὰ Ἰουστινιανοῦ τοῦ κακοῦ τυφλωθέντα, ὅτε καὶ τὸ δεύτερον τῆς βασιλείας ἐκράτησεν, προβληθέντα Κῦρον τὸν ἐξ Ἀμάστριδος, ὃς καὶ ἔγκλειστος ὢν ἐκεῖ, προεῖπεν αὐτῷ, ὡς πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν ἀρχὴν

porteat & his accenferi Cyrum ab Amaſtride, qui poſt Callinicum a Iuſtiniano malo, cum ſecundo Imperium recepit, excoecatus (5), in Patriarcham Conſtantinopolitanum eſt electus, eo quod, dum in illa urbe poenitentiae cauſa incluſus degeret, Iuſtiniano ſui ipſius imperii recuperationem prae-

(5) Totam hanc hiſtoriam de Iuſtiniano Conſtantini Pogonati filio, Rhinotmetoque a praeciſis naribus appellato, habes apud Theophanem, Cedrenum, Zonaram, auctoremque hiſtoriae Miſcellae, ex quibus erues abunde Imperatoris huiuſce levitatem, impia geſta, & crudelitatem immanem quibus infanda quaeque patravit. Hic tamen non praetereundum cenſeo plurimos, quibus tunc temporis orbis exarſit, turbas excitatas fuiſſe a Monachis, qui poſthabitis primaevae humilitatis, pauperiſque cultus ſanctiſſimis inſtitutis, honores, munia, divitias quaeritare ſtuduerunt, callida Religionis ac pietatis quas dire peſſumdabant ſimulatione.

ἐπανελεύσηται. ἐκβέβληται δὲ καὶ παρὰ Βελλισαρίου ὡς ἐπιβουλεύων τοῖς ῥωμαϊκοῖς πρά-

praedixiſſet. Expulſus eſt etiam a Beliſario Silverius (6), quaſi, ut mihi vide-

---

(6) Librariorum imperitia tum Vindobonenſes Codd. tum Vaticani omnes Λιβέριον legunt, inepte tamen cum Σιλβέριον legi oportere hiſtoria ipſa prorſus expoſtulet, qua de cauſa germanam lectionem reſtituimus. Baronius, quique ipſius in verba jurare conſuevere, controverſias omnes de Silverio in Beliſarium retorſerunt, iniquius tamen, nec ſine veritatis offenſione, nam ipſum Calumniam Silverio ſtruxiſſe, ut Theodorae Auguſtae morem gereret, faveretque Vigilio, parum putum commentum eſt Scriptorum, quorum fides ſubleſta, quique concionatorum ritu modoque ut quempiam abſolvant ab illato crimine, poſthabitis omnibus Sanctioris Criticae canonibus, maledictis quemvis alium proſcindunt. Non levia quidem de proditione Silverii adſunt indicia, Gothorum etenim Regum favore Romanam ipſum ſedem adiiſſe, ac nullo non ſtudio eos eſſe proſequutum ex Liberato ipſo *in Breviar.* eruitur, ex Anaſtaſio, ac ſexcentis aliis veterum teſtimoniis. Procopius praeterea *Lib. I. de Bello Goth.* gnavam Beliſarii operam in Urbe munienda declarans, rumores varios Ducis ſtrenui aures pervelliſſe narrat de Silverii proditione, & Anaſtaſius auctor eſt *Beliſarium id quod de Silverio dicebatur, minime credidiſſe, ſed tandem cum multi in eadem accuſatione perſiſterent, pertimuiſſe*. Quomodo ergo calumniam ſtruere potuit, qui nec vulgi rumoribus, etsi non futilibus aures, præbet? Si continentior deinde

πράγμασι, Σιλβέριος, detur, adverſus Ro-
οἶμαι, καὶ ἀντεισῆχθαι manorum res machi-
ἀντ' αὐτοῦ ἕτερος. naretur, atque alter
in eius locum ſuffectus eſt.

---

is erat quam quis alter, adeo ut tum Procopii, tum Agathiae, Cedreni, & Iornandis Gothi in *Lib. de ſucceſſ. Regnor. & tempor.* teſtimoniis evincamur inimicis ipſis eorumque rebus illum peperciſſe; unde nam ergo infanda ea, & tam ſaeva crudelitas in Silverium? Ea porro ingenii humani natura eſt ut cum quis ſtudio partium adduci ſe ſinat, per invia quaeque abripiatur & abrupta, atque etſi nemo ſaniorum non rideat eius nugas, hae profecto tamen ſerios trahunt in luctus, & triſtiſſimas in orbe excitant tragoedias. Qui plura hac in re cupit, maximique facienda pro Iuſtiniani, Beliſariique hiſtoria, adeat omnibus numeris abſolutum opus Ioannis Eichelii ad Ἀνέκδοτα pſeudo-Procopii, quae obſtetricante Nicolao Alemanno ex Vaticana Bibliotheca prodiere, malo utique veritatis fato An. 1624.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ δ'.

Τινῶν καταχριθέντων οἱ ὑπ' αὐτῶν χειροτονηθέντες οὐδὲν ἐβλάβησαν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Παύλου τοῦ ἐκ Σαμοσαλέων καταχριθέντος, οὐδεὶς τῶν ὑπ'

INTERROGATIO IV.

Quibus nam damnatis Epiſcopis, ordinati ab ipſis nihil detrimenti paſſi ſunt (1).

RESPONSIO.

DAmnato Paulo Samoſateno, nemo eorum qui ſub ipſo

(1) Saepe ſaepius inter Catholicos orta contentio eſt de ordinatis ab haereticis, qui a nonnullis veluti ab honore deiecti putabantur, ac ſi χειροτονία irrita prorſus fuiſſet ob haereſeos profeſſionem. Hinc inde non ſemel digladiatum eſt antiquitus, verum in Nicaena I. Synodo inſtituta quaeſtione de Catharis, ſancitum fuit quod haeretici, ſive ab haereticis ordinati, errorem ſuum agnoſcentes, ſi ad Eccleſiam accederent, per manus impoſitionem reciperentur, & in Sacerdotio perſeverarent. En verba VIII. Canonis inter Nicaenos: Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς Καθαροὺς ποτὲ, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησία, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς, μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ. πρὸ πάντων δὲ τοῦτο ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται, καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δόγμασι, τοῦτ' ἐστὶ, καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπλωκόσιν, ἐφ' ὧν καὶ χρόνος τέταχται, καὶ καιρὸς ὥρισαι, ὥστε αὐτοὺς ἀκολουθεῖν, ἐν πᾶσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολι-

ὑπ' αὐτοῦ καθήρηται, ipſo erant, dignitaκαί τοι συμπεπραχόλων tis ſuae jacturam fecit (2), licet eorum criminum participes eſ-

---

καθολικῆς ἐκκλησίας. *De his qui ſe catharos appellant, ſi quando ad Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam redierint, viſum eſt Sanctae & magnae Synodo, ut accepta manuum impoſitione, ſic in clero maneant. Præ omnibus autem eos ſcripto profiteri oportet, quod conſentient, & ſequentur dogmata Eccleſiae Catholicae & Apoſtolicae, ideſt & cum digamis communicare, & his qui in perſecutione lapſi ſunt, quibus etiam tempus conſtitutum eſt, & opportunitas definita, ut in omnibus ſequantur dogmata Catholicae Eccleſiae.* Quae hic de Catharis ſancita vides, & de aliis haereticis intelligas, id enim eruitur ab innumeris eccleſiaſticae hiſtoriae monumentis. Cum audis vero χειροτονίαν ne ſuſpiceris iteratam ordinationem, ut quamplurimi ſenſere, ſed eccleſiaſticum ritum antiquitus in more poſitum credas, quo in Eccleſia reſipiſcentes haeretici recipiebantur, ac dein illis poſt exomologeſim pax dabatur. Dionyſius Alexandr. id aperte teſtatur apud Euſebium *Lib.* 7. *Cap.* 2. dicens παλαιοῦ γέ τοι κηκρατηκότος ἔθους ἐπὶ τῶν τοιούτων μόνῃ χρῆσθαι τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσεως εὐχῇ. & Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus in Graeca canonum Eccleſiae Africanae collectione *Can.* 57. cum de Donatiſtis ageret ἀναθεματιζομένου τοῦ τῆς πλάνης ὀνόματος, διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῆς χειρὸς ἀναδεχθῶσιν τὴν μίαν ἐκκλησίαν. *Anathematiſato nomine erroris, recipiantor per manus impoſitionem in unam eccleſiam.* Adde Syricium *Decret. Cap. I.* & Innocentium *Cap.* 15. quos vide.

(2) Inter errores Pauli Samoſateni, eiuſque aſſeclarum palmaris ille circa Baptiſma, cuius cauſa haec

αὐτῷ ἐκεῖνα, δι' ἃ ἐκεῖνος καθηρέθη. τοῦ Νεστορίου καθαιρεθέντος, οὐδεὶς τῶν ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων καθήρηται. Πέτρου τοῦ Μόγγου ἔτι πρεσβυτέρου ὄντος, καὶ καθαιρεθέν-

essent, quibus Paulus deponi meruit. Nestorio deposito nemo ex illis, qui ab ipso ordinati fuere, ab ordinatione descivit. Petrus Mongus adhuc Presbyter a

---

haec de Paulianistis habes in Canone XIX. Synodi Nicaenae. εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέτειται ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος. εἰ δέ τινες τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξητάσθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονείσθωσαν ὑπὸ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου. *Si ad Ecclesiam Catholicam confugerint, definitum est eos omnino rebaptisari. Si vero praeterito tempore in clero fuerint, siquidem inculpati & irreprehensibiles, rebaptisati ordinentur ab Episcopo Ecclesiae Catholicae.* Credendum hoc sane factum in iis quos hic Photius innuit, Paulianistas enim non baptisasse in nomine Trinitatis constat, quia Trinitatem aperte negabant, qua de re & δεύτεροι Ιουδαῖοι appellati sunt. Epiphanius haeresi 65. οὗτοι δὲ τὸν Ιουδαϊσμὸν παραφθείροντες, οὐδὲν περισσότερον τῶν Ιουδαίων κεκτημένοι, δεύτεροι Ιουδαῖοι κληθήσονται, καὶ Σαμοσατῖται. *Hi vero Iudaismum corrumpentes, nihil amplius Iudaeis habentes, secundi Iudaei vocabantur, & Samosatitae.* Paulianistas autem cum Paulicianis ne cum Balsamone confundas, ab altero Paulo Samosateno Manichaeorum haereseos instauratore prodeuntibus, de quibus vide Cedrenum, Blastarem in Synopsi, Historiam Miscellam in Nicephoro *Lib.* 24., quosque a Michaele Imperatore damnatos refert Theophanes.

θένλος ὑπὸ τοῦ ἁγίου Προλερίου, εἶλα εἰς τὸν αὐλὸν αὐλοῦ θάναλον Τιμοθέῳ τῷ φωνεῖ συνδεδραμηκόλος, καὶ μελὰ ταῦλα τὸν θρόνον τῆς Αλεξανδρείας μελὰ θάναλον ἐκείνου ἁρπάσανλος, καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον καθ' ἑκάστην τῷ ἀναθέματι ὑποβάλλονλος, οἱ ὑπ' αὐλοῦ χειροτονηθένλες, καίπερ καθηρημένου καὶ φονέως καὶ αἱρετικοῦ, αἱρετικοὶ ὄνλες καὶ αὐλοὶ ἔλι, μελανοοῦνλες ἐδέχθησαν. καὶ Φῆλιξ

a S. Proterio depositus, mox in eiusdem necem cum Timotheo conspiravit occisore (3), deinde Alexandrinam sedem invasit, & Calcedonensem Synodum in omnibus anathemati subiecit, & nihilominus ordinati ab ipso licet deposito, occisore, & haeretico, praeterea & ipsi haeresim profitentes, cum poenitentiam egissent, in communionem recepti fuere. Felix quoque Romae

(3) Infandae huiusce necis, turbarumque a nefariis Timotheo Aeluro, Petroque Mongo excitarum historiam habes in Liberati *Breviario Cap.* 15. a quo etiam certior fies de Zenonis Imperatoris flexanimi natura, qua faciles aures cuique inconsulto praebens, ac praesertim Acacio, mala quamplurima in Ecclesiam intulit, ac schismata fovit. Vid. Natal. Alexand. historiam. *saecul. V. Cap.* 3. §. 4. & 5.

ὁ Ρώμης γράφων πρὸς mae Epiſcopus (4) Ζήνωνα τὸν βασιλέα, ad Zenonem Impe-

τὴν E ra-

---

(4) Epiſtolam Felicis ad Zenonem integram vide apud Baronium *Annal. Eccleſ. An. Chriſt.* 483. In ea Pontifex conqueritur non tantum de Ioannis Talaja ab Alexandrina Sede expulſione, Petrique Mongi reſtitutione, verum etiam de Henotico, ſive *Unitivo Edicto* quod Imperator ediderat, ſuadente Acacio, cum Imperii habenas contra Baſiliſcum denuo recuperaverat. Animadvertendum hic tamen eſt Cardinalem Baronium falſo ſcripſiſſe Zenonem ſemper haereſi ſtuduiſſe, evertiſſe Catholica dogmata, peſſumdediſſe funditus Chriſtianam Religionem; refellitur enim Eminentiſs. auctor ex ipſius Henotici verbis, & ex epiſtola Zenonis eiusdem ad Felicem, cuius fragmentum refert Evagrius *Lib.* 3. *Cap.* 20. Henoticum hoc ſane adſtruendum ſancit ſymbolum Nicaenum, utpote quod in Conciliis Conſtantinopolitano & Epheſino confirmatum fuit, duodecim S. Cyrilli Capitulis ſuffragatur, Neſtorium & Eutychem damnat anathemate, & fidem Chalcedonenſis concilii apertiſſime profitetur, damnans eos qui diviſionem, aut confuſionem, vel phantaſiam in Chriſto inducunt. Quid ergo in ipſo invenitur quod Religionem Chriſtianam funditus evertat? Synodum Chalcedonenſem, ſideique definitionem in ea editam, nec non epiſtolam S. Leonis ad Flavianum ſilentio premit; quid vero hoc ad rem, ſi in ipſo Chriſtus Conſubſtantialis Patri ſecundum Deitatem, conſubſtantialis nobis ſecundum Humanitatem profitetur? Nihil profecto iniquius eo qui ex ſuo ingenio non ex rei veritate judicat. Ade-ſis Evagrium *Hiſtor. Eccleſ. Lib.* 3. *Cap.* 14. & Nicephorum *Lib.* 16. *Cap.* 12. apud quos Henoticum ipſum integrum etiam invenies.

τὴν διάταξιν αὐτοῦ, ἥτις Πέτρον μὲν τῆς Ἐκκλησίας ἐξέβαλλεν, ἐκείνους δὲ μελανοθύλας ἐδέξατο, θεῖον ἀποκαλεῖ τύπον. ἐγκαλεῖ δὲ αὐτῷ δι' ὧν γέγραφε, τίνος χάριν τὸν Πέτρον ἐκβαλὼν τῆς Ἐκκλησίας, αὖθις αὐτὸν εἰσήγαγε, καὶ τὸν Ἰωάννην ἐδίωξε. Μελέτιος ὁ Ἀντιοχεὺς ὑπὸ αἱρετικῶν χειροτονηθεὶς ἀντὶ Εὐσταθείου Σεβαστείας ἐπισκόπου, καθαιρεθεὶς μετενεχθεὶς εἰς Βέρροιαν, εἶτα πάλιν ὑπ' αὐτῶν καθαιρεθεὶς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, ἐκείνων ὡς αἱρετικῶν δυ-

ratorem ſcribens, conſtitutionem eius, qua Petrum quidem Eccleſia eiecit, ordinatos vero ab eo, pœnitentia acta, ſuſcepit, divinum typum vocat: cum ipſo autem in ſuis litteris expoſtulat cuius rei gratia Petrum in Eccleſiam induxerit, a qua eumdem ante pepulerat, & Ioannem perſequeretur. Meletius Antiochenus (5) in Euſtathii Sebaſteni Epiſcopi locum ab haereticis, ordinatus, indeque Berrhoeam tranſlatus, deinde iterum ab ipſis Antiochiae Epiſcopus eſt conſtitutus, illiſque haereſi

(5) De Meletio eiuſque germana fide vide quæ adnotavimus ſuperius pag. 18. Num. 3.

σφημουμένων, οὗτος παρὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀπεδέχθη. οἱ ὑπὸ Σεργίου καὶ Πύῤῥου χειροτονηθέντες καὶ Μακαρίου, Ἰουδαίων ὡς αἱρετικῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐκδιωχθέντων μετανοήσαντες προσεδέχθησαν. καὶ

reſi notatis, hunc Eccleſia ſuſcepit. Qui a Sergio, Pirrho & Macario (6) ob haereſim ab Eccleſia pulſis ordinationem conſecuti fuerant, poenitentia peracta (7), in Eccleſia manſerunt.

---

(6) Quivis Monothelitarum hiſtoriam legerit, meminerit hos, quos Photius hic nominat, perilluſtrium ſedium Antiſtites omnem moviſſe lapidem, ut unicam in Chriſto operationem, adeoque unicam voluntatem propugnarent, & mille artes excogitaſſe ut errorem tuerentur. Sergius ſane huiuſce haereſeos veluti parens haberi debet; Pyrrhus Conſtantinopoli eam tutatus eſt, uti & Macarius Antiochiæ, qui tamen a ſexta Oecumenica Synodo damnati perpetuo anathemate confixi ſunt.

(7) Qua ratione ex haereſibus ad ſanctam Dei Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam redeuntes oporteat ſuſcipere, quove poenitentiae genere purgare, habes in Euchologio Graecorum edito a Goario *Pag.* 883. *& ſeq.* quod vide. Exacto dein purgationis tempore libellos fidei ſuae cum anathematiſmis errorum debebant Epiſcopo obferre, χρὴ γὰρ, ait *Can.* 96. Synodi VI. in Trullo, τοὺς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας ποιεῖν λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζειν τὴν αἵρεσιν, uti factum novimus a Valente & Urſacio, qui profeſſionem ſuam ſcripto obtulerunt Iulio Rom. Epiſcopo hiſce verbis,

καὶ οἱ ὑπὸ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου χειροτονηθέντες ὡσαυτῶς. Τὸν Ἀχάκιον οἱ Ῥωμαῖοι ἔτι μὲν περιόντα καθαιρέσει ὑπέβαλλον καὶ ἀναθέματι· μετὰ τελευτὴν δὲ, Ἰουστίνου μετὰ τὸν Ἀναστάσιον βασιλεύσαντος, πρεσβευσάμενοι πρὸς αὐτὸν, καὶ τῶν διπτύχων ἐκβαλόντες, Ἰωάννου τηνικαῦτα τὸν θρόνον διέποντος Κωνσταντινουπόλεως, τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας συλλειτουργοὺς εἶναι μὲν ἐκέλευσαν· ἀδελφῶν δὲ τάξιν ἔσχον παρ' αὐτοῦ, καὶ

runt. Idem sane & observatum fuit erga eos quibus Macedonius Pneumatomachus manus imposuit. Acacium inter vivos adhuc Romani depositione atque anathemate perculerunt, post obitum vero, imperante Iustino Anastasii successore, & Ioanne Constantinopolitanam sedem obtinente, eumdem Acacium, legatione ad Imperatorem missa, e diptychis tolli mandarunt; sed ordinatos ab illo confratrum loco habuerunt, & cum

---

verbis, quae Sozomenus *Lib.* 3. *Cap.* 22. refert. ταῦτα δὲ τῇ χειρὶ αὐτῷ γράψαντες ὁμολογοῦμεν πάλιν ὅτι τὴν Ἀρειανικὴν αἵρεσιν, κατὰ προείπομεν, καὶ τοὺς ταύτης αὐθέντας κατακρίναμεν εἰς αἰῶνα. *Haec vero scribentes manu nostra profitemur, nos Arianicam haeresim, eiusque auctores in aeternum damnare;* Et hoc pacto Liberius respiscentes Macedonianos in Communionem recepit, ut tradit Socrates *Lib.* 4. *Cap.* 12.

χον, καὶ ἐκοινώνουν αὐ-
τοῖς. οἱ ὑπὸ Αναστα-
σίου καὶ Νικήτα τῶν
αἱρετικῶν χειροτονηθέντες
παρὰ τῆς ἑβδόμης ἐ-
δέχθησαν συνόδου. καὶ
Μελέτιος δὲ μυρίων ἔνο-
χος γέγονεν, ἐπεσκή-
δησε θρόνοις ἀλλοτρίοις,
ἐλύπησε μάρτυρας, ἐ-
πανέστη τῷ οἰκείῳ πα-
τριάρχῃ, καὶ τὸν αὐ-
τοῦ θρόνον ἥρπασε, συ-
νεπήχθη Αρείῳ· ὡς
δὲ λέγει Σωκράτης, καὶ
εἰς τὸν διωγμὸν ἐπέ-
θυσε. καὶ διὰ ταῦτα
ὑπὸ τοῦ Πέτρου κα-
θηρέθη· ἀλλ' ὅμως εἰ
καὶ καθηρέθη πολλά-
κις, ὕστερον εἰ καὶ μὴ

cum iis communi-
carunt. Ii praeterea
quibus Anaſtaſius &
Niceta haeretici Sa-
cramentum Ordinis
miniſtraverant, ſe-
ptima ſynodus Ec-
cleſiaſtica comunio-
ne nequaquam cen-
ſuit indignos. Deni-
que Meletius innu-
merorum reus ex-
titit criminum, a-
lienos thronos inva-
ſit, martyres moero-
re affecit, contra
ſuum Patriarcham re-
bellavit, eique thro-
num rapuit, cum
Ario ſocietatem i-
niit, immo & per-
ſecutionis tempore, ut inquit Socrates,
Idolis immolavit, eaſque ob res a Petro
depoſitus fuit, nihilo tamen minus,
quamvis eius depoſitio multoties confir-
mata fuerit, ſi non ordinandi faculta-

rem

τὴν ἱερωσύνην, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τοῦ ἐπισκόπου ἀπείληφεν.

tem (8), attamen Epiſcopi nomen recuperavit.

EPΩ-

(8) En verba Synodicae epiſtolae Nicaeni Concilii apud Theodoretum relata *Lib.* 1. *Cap.* 9. de Meletio qui fuit αἱρεσιάρχης τῶν ἐξ αὐτοῦ Μελετιανῶν καλουμένων ut ſcribit Socrates *Lib.* 1. *Cap.* 3. & 6. ἔδοξεν οὖν Μελέτιον μένειν ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει, μηδὲ μίαν ἐξουσίαν ἔχειν, μήτε χειροτονεῖν, μήτε χειροθετεῖν· ἀλλὸν δὲ τὸ ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτῆσθαι. *Placuit igitur Meletium in ſua civitate manere, poteſtatem autem nullam habere vel quemquam ordinandi, vel cuiquam magnus imponendi: ſolum vero honoris nomen retinere.* Sic Epheſini Patres Euſtathium quemdam Epiſcopi nomen & honorem, ſine re ac poteſtate, obtinere ſtatuerunt in Epiſtola Synodica ad Concilium Pamphiliae, quae extat inter acta Epheſinae Synodi *Tom.* 2. *Append.* 1. *Cap.* 1: & apud Zonaram & Balſamonem hiſce verbis ὡρίσαμεν ἔχειν αὐτὸν, τότε τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα, καὶ τὴν τιμὴν, οὕτω μέν τοι ὥστε μὴ χειροτονεῖν αὐτόν. *Statuimus ut epiſcopatus nomen & honorem habeat, ita tamen ut ipſe non ordinet.* De ordinatis vero a Meletio, ἔχειν μὲν αὐτοὺς τὴν τιμὴν καὶ λειτουργίαν legimus ſtatutum in ſuperius citata epiſtola Synodica, id quod ſemper in Eccleſia Catholica uſurpatum videmus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ε'.

Πότε κινηθέντες εἰς ἔχθραν κατ' ἀλλήλων, τινὲς ἀπεφήναντο, καὶ οὐδέτερος αὐτῶν ἐκ τούτου τί παρεβλάβη, οὔτ' ὁ ποιήσας, οὔτ' ὁ καθ' οὗ πεποίηκεν;

INTERROGATIO V.

Quando nonnulli ſimultate adacti, alter in alterum ſententiam tulit, neuter vero ipſorum quid damni paſſus eſt, nec laceſſens, nec laceſſitus?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ Θεῖος Ἰωάννης κατὰ Κύριλλον πολὺν ἡσύχως, καὶ ἀπρο-

RESPONSIO.

DIvinus Ioannes contra Cyrillum (1) egit, placide de

(1) Qua ſimultate ſe Chryſoſtomus geſſerit in Cyrillum Alexandrinum prorſus ignoro, conſtat enim Ioannem vita functum eſſe antequam Cyrillus Sede Alexandrina potiretur. Verum comperta omnibus ſunt quae Cyrillus Theophilo patruo ſuo ſtudens in S. Conſtantinopolitanum Antiſtitem geſſit, quaeque habes in Nicephoro *Lib. XIV. Hiſtor. Eccleſ.* Ea, velint nolint Cyrilli patroni, illius minus aequum animum oſtendunt, & ſtudio partium nimium abreptum. Novi permultos in arenam deſcendiſſe ut pro eo digladiarent; recte verum nec ne, adhuc ſub judice lis eſt. Non recoquam quae de Oreſte Alexandriae moderatore Socrates refert *Lib. 7. Hiſtor. Eccleſ. Cap.* 14., nec Nitriae monachorum infandum in eum facinus a Cyrillo, veluti omnibus numeris abſolutum opus, laudibus proſequtum, nec Hypatiae ſapientiſſimae, modeſtiſſimaeque Puellae,

προσώπως καὶ μελὰ de tamen, nec di-
τοῦ re-

Puellae, filiae Theonis philoſophi, & ſcholae Platonicae apud Alexandriam magiſtrae atque moderatricis ingenuae immanem caedem, Petri cuiusdam Alexandrinae Eccleſiae Lectoris conſpiratione iniqua patratam, ut innuit idem Socrates *lib. cit. Cap.* 15., & Damaſcius in Vita Iſidori Philoſophi, cuius ſatis prolixam narrationem *Henricus Valeſius* in animadverſionibus profert; dicam tamen nondum quempiam extitiſſe qui illum e re nata, & germanis rationibus defenderit. Eſto quod nec ſenſerit aliquid de Monachorum, & Petri turbis, quibus tamen utebatur uti magnarum rerum conſiliariis, ne dicam uti ſui corporis ſatellitibus, attamen Epiſcopi erat peccantes coërcere, & canonicis poenis mulctare qui tam nefaria patraſſent. De his vero altum ſilentium; immo Ammonius nefarius monachus, qui projectiore audacia in Oreſtem inſurrexerat, & jactu lapidis necarat, tormentis in quaeſtione ad necem adactus, Θαυμάσιου ideſt *Admirandi* nomine ornatus a Cyrillo eſt. Quid plura? S. ipſe Iſidorus Peluſiota Cyrilli familiaris, cuiuſque adhortationibus nomen Chryſoſtomi Cyrilius in dyptica reſtituit, eum levitatis, inconſtantiae, partiumque ſtudii non ſemel arguit, & precipue in *Epiſt.* 310. *Lib.* 1. quae eſt huiuſmodi. Προσπάθεια μὲν οὐκ ὀξυδορκεῖ, ἀνλιπάθεια δὲ ὅλως οὐχ ὁρᾷ. εἰ τοίνυν ἑκατέραν λήμης βούλει καθαρεῦσαι, μὴ βιαίας ἀποφάσεις ἐκβίβαζε, ἀλλὰ κρίσει δικαίᾳ τὰς αἰτίας ἐπίτρεψον. ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς, ὁ πάντα εἰδὼς πρὸ γενέσεως, καταβῆναι, καὶ τὴν κραυγὴν ἰδεῖν Σοδόμων φιλανθρώπως ἠνδύκησεν, ἡμᾶς ἀκριβῆς ἐρεύνης διδάσκων ὑπόθεσιν. *Praeposterus favor haud acute cernit; odium nihil omnino non videt. Quapropter ſi ab utraque glama purus atque immunis eſſe ſtudes, noli violentas ſententias ferre: verum illata crimina iuſto & integro judicio committas. Quandoquidem Deus etiam,*

τοῦ προσήκοντος ἐκείνῳ καὶ φρονήματος | καὶ λόγου, καὶ σχήματος, καὶ Κύριλλος κατὰ Ἰούλου, καὶ Κύριλλος καὶ Θεοδώριτος κατ' ἀλλήλων. φασὶ δὲ ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀπεχθείας διαῤῥήδην ἐβόα Κύριλλος· Ἰωάννης ἐν Πατριάρχαις, καὶ Ἰούδας ἐν Ἀποστόλοις.

recte ad eius personam, immo ea quae illum deceret prudentia, aptaque tum loquendi tum agendi ratione. Cyrillus etiam cum ipso simultates exercuit & cum Theodoreto. Quin & dissidii tempore, aiunt, Cyrillum clara voce inclamasse: Ioannes inter Patriarchas, & Iudas inter Apostolos.

etiam, qui omnia scit antequam oriantur, pro sua humanitate descendere ac Sodomorum clamorem perspicere voluit, hinc videlicet nos ad res accurate perscrutandas & exponendas erudiens. Utinam isthæc verba inscripta in corde omnium essent, quotquot positi sunt *Episcopi regere Ecclesiam Dei!* Ade-sis & *Epist.* 324. eiusdem libri prae aliis.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ζ'.

Πόσοι οἰκουμενικαῖς συνόδοις ἀπέσησαν, ἀλλ' οὐδὲν αὐτὰς ἔβλαψαν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Νουάτος ὁ Ρώμης ὑπὸ ἐπισκόπων καθήρηται, Παῦλος ὁ Σαμοσαλεὺς ὑπὸ ιβ. ἐπι-

INTERROGATIO VI.

Quoti Oecumenicis parere Synodis recuſarunt, ſed earum auctoritatem nihil laeſerunt.

RESPONSIO.

NOvatus Romanus ab Epiſcopis exauctoratus fuit (1). Paulus Samoſa-

(1) Sub Cypriano coacta eſt Synodus contra Novatum, de qua hic Photius, cuiuſque etiam meminit auctor Synodici *Cap.* XXII. hiſce verbis. Σύνοδος ἐν Καρθαγένῃ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ Κυπριανοῦ, γενομένου αὐτῆς ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων ὀγδοήκοντα τεσσάρων ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασα Νουάτον, ὡς τὴν μετάνοιαν τοῖς πλαίουσι κλείοντα. *Synodus Carthagine collecta a Cypriano, qui eius erat Epiſcopus, aliiſque octoginta quatuor Pontificibus, quae Novatum, utpote poenitentiam lapſis negantem, abdicavit.* De Novato vero atque de hac ipſa Synodo audias Cyprianum ſic ad Antonianum ſcribentem *Lib.* 4. *Cap.* 2. *Secundum quod, in quit, ante fuerat deſtinatum, perſecutione ſopita, cum data eſſet facultas in unum conveniendi, copioſus epiſcoporum numerus, quos integros & incolumes fides ſua, & Domini tutela protexit, in unum convenimus, & ſcripturis diù ex utraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione libravimus, ut nec in totum ſpes communi-*

ἐπισκόπων, ὡς ψηλὸν τὸν Χριστὸν λέγων ἄνθρωπον κατηχήθη. Τὰ κατὰ

fatenus a XII. Episcopis, quod nudum hominem esse Christum diceret, depositionis sententia multatus est (2). Sym-

---

municationis & pacis lapsis negaretur, ne plus desperatione deficerent, & eo quod sibi Ecclesia abdicaretur, secuti seculum gentiliter viverent, nec tamen rursus censura evangelica solveretur, ut ad communicationem tamen prosilirent; sed traheretur diu poenitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur causae, & voluntates, & necessitates singulorum. Quae autem fuerit persecutio de qua Cyprianus, habes ex Epiphanio *Lib. II. adverſ. Hær. haeresi LIX.* ὁ Νοβᾶτος δὲ ἐπὶ τῆς Ρωμαίων ὑπῆρχεν, ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ τοῦ πρὸ Μαξιμίνου γενομένου πρώτου, τάχα οἶμαι Δεκίου τότε ἦν, ἢ Αὐρηλιάνου. *Novatus porro Romae persecutionis illius tempore fuit, quae eam antecessit, quam Maximinus excitavit, quaeque Decii, ut opinor, vel Aureliani fuit.*

(2) Duo habita fuisse Concilia Antiochiae contra Paulum Samosatenum constat ex Synodicis, primum quorum coactum est anno Chr. 264., & forte illud est quod hic duodecim Episcopis coalitum memorat Photius, ni error numeri in Codices irrepserit, id quod videtur innuere Eusebii *Histor. Eccles. Lib. VII. Cap.* 28. qui cum recensuerit praecipuos, maximique nominis Episcopos: μυρίους τε ἄλλους οὐκ ἂν ἀπορῆσαί τις ἅμα πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, τῆς αὐτῆς ἕνεκεν αἰτίας ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει τηνικάδε συγκροτηθέντας ἀπαριθμούμενος. *Sexcentos, scilicet, quoque alios qui una cum presbyteris & diaconis eo confluxerunt, nequaquam difficile fuerit recensere.* Alterum vero, cuius Synodica

Σύμμαχον καὶ Λαυρέντιον ἐπὶ Ἀναστασίου τοῦ Βασιλέως ἐν Ρώμῃ ἐπισκοποὶ τὸν ἀριθμὸν ρ'. δικάσαντες· καὶ τὸν μὲν Σύμμαχον, ὡς ἕνα τῶν ἑπτὰ διὰ-

Symmachi & Laurentii cauſam ſub Anaſtaſio Imperatore centum in Urbe Epiſcopi expenderunt (3), & Symmachum quidem, utpote unum ex ſeptem

---

ca epiſtola extat apud Euſebium *Cap.* 30., quodque anno Chr. 270. habitum fuit, ut verſipelli haeretico effugia occluderentur, & hoc non tantum anathemate percuſſit Paulum, ſed Pontificia etiam dignitate ſpoliavit, eiuſque in locum Domnum ſuffecit. Quot autem Epiſcopi ad hoc convenerint non conſtans eſt veterum opinio. S. Athanaſius in *Lib. de Synodis Arimini, & Seleuciae* habitis ſeptuaginta tantum numerat, & *Libellus ſupplex* Baſilii Diaconi, & Monachorum *ad Imperatores* contra Neſtorium, 180. recenſet.

(3) Schiſmatis huiuſce cauſam habes in *Hiſtor. Eccleſ.* Theodori Lectoris *Lib.* 2., cuius haec ſumma eſt. Cum Feſtus quidam Conſtantinopolim legatus a Theodorico Gothorum Rege miſſus eſſet, legatione functus, clam Anaſtaſio Imperatori pollicitus eſt ſe effecturum, ut Zenonis Henotico Romanus Pontifex ultro ſubſcriberet. Is vero Romam redux cum ſuo eam viduatam paſtore Eccleſiam inveniſſet, in id prorſus intendit ut illi tantus honos tribueretur, a quo praeconcepta ſpes ineundae gratiae cum Caeſare firmaretur. Irrita tamen eius vota fuere, & cum comperiſſet Symmachum iam legitimis ſuffragiis conſtitutum Pontificem, ad Schiſma fovendum animum convertit, atque ambitu & pecunia Laurent

διακόνων ὄντα, καὶ κατὰ θεσμὸν ἐκκλησιαστικὸν τὸν θρόνον διέποντα, ἐδικαίωσαν αὐτὸν κατέχειν· Λαυρέντιον δὲ, Νουκερίας ἐπίσκοπον, καίπερ ἐπὶ τέσσαρα ἔτη τὴν Ρώμην ταράττοντα, εἶναι ὥρισαν. ὕστερον δὲ στάσεις κινῶν αὖθις καὶ ταραχὰς, ὑπὸ Συμμάχου ἐννόμως καθήρηται. τὸν πνευματόμαχον Μακεδόνιον ἐπί-

ptem diaconis, & juxta Ecclesiasticas sanctiones sedem obtinentem, in eiusdem possessione retinendum esse censuerunt; Laurentium vero qui quatuor annis Romam turbarat, Nuceriæ episcopum esse decreverunt; cumque deinceps seditiones rursus ac turbas moveret, a Symmaco juxte depositus fuit. Macedonium Spiritus S. hostem (4) Epi-

---

rentium episcopali dignitate augeri conatus est. Clero, Senatu, civibusque ita in varia studia distractis, caedibus undique Urbs redundabat, cum Theodoricus gratia componendi dissociatos animos, collecta Romae Synodo, Symmacho quidem Urbis Romae episcopatum adjudicavit, Laurentium vero Nuceriæ Pontificatum gerere ex Concilii voto constituit. Vid. Synodicam huius Romani Concilii apud Henr. Iustellum in pluries citata *Bibliotheca Veteris Iuris Canonici* inter Decreta Symmachi, *Tom. I. pag.* 264.

(4) Πνευματόμαχος appellatus est Macedonius eo quia

σκοποι καθῆλον ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὧν ἐξῆρχεν Ακάκιος ὁ Καισαρείας τῆς Παλαισ/ίνης, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτόν. τὸν καὶ τῶν Αγγέλων ὑπέρτερον πανάγιον Χρυσόστομον κρατεῖν τὸν θρόνον, ἐπίσκοποι μετὰ τὴν παράλογον καθαίρεσιν, ἣν ὑπὸ Θεοφίλου γενομέ-

Epiſcopi Conſtantinopoli congregati dignitate abdicarunt, inter quos Acacius Ceſareæ Paleſtinæ Epiſcopus, eiuſque fautores emicuere. Angelis ipſis præſtantiorem, Sanctiſſimumque Chryſoſtomum in priſtina ſedem reſtitui debere poſt eius iniquam depoſitionem a Theophilo factam

Epi-

---

quia novam condidit haereſim aſſerens Spiritum S. non eiusdem cum Patre & Filio honoris participem, ſed utriuſque adminiſtrum eſſe ac creaturam. Huic perfidiæ contraire ſtatim ſtuduerunt Catholici, & biennio poſt eius ortum, anno ſcilicet 362. in Synodo Alexandrina primum damnata fuit, ut patet ex Synodica ad Antiochenos ſcripta, quae habetur apud Athanaſium; iterum in Concilio Illyricenſi An. 367.; tertio in Synodo Romana, quam habuit Damaſus, & ex qua Pontifex ad epiſcopos Illyrici epiſtolam dedit a Theodoreto relatam *Lib.* 2. *Hiſtor. Eccleſ. Cap.* 22.; quarto demum in Concilio Oecumenico II. Conſtantinopoli habito, de quo Vid. Photium *Lib. de Synodis*, & incerti graeci auctoris libellum de ſex Synodis Oecumenicis editum ab Iuſtello poſt Synopticam enarrationem Nili Rhodii.

νην, ἐδικαίωσαν, τὴν τούτου παρ' οὐδὲν θέμενοι καλὰ τοῦ καὶ τῶν Ἀγγέλων κρείττονος ἁγίου ψῆφον. ἀλλὰ καὶ ὅτε αὖθις ἐξεβλήθη παρὰ τῆς βασιλίσσης. Λεοντίου τοῦ Ἀγκύρας ἐπισκόπου τῶν τότε ἀνελπλυθότων ἐξάρχοντος, οἰμώζων καὶ σλενάζων ὅτι γε δίκης τυχεῖν οὐκ ἠξίωται, ἧς καὶ τυμβορύχους καὶ λῃστὰς ἀξιοῦσθαι προσῆκεν, ὅπως τῶν κατ'

Episcopi judicárunt, sententiam ab illo adversus angelis ipsis meliorem Sanctum latam pro nihilo putantes. Sed & cum iterum ab Imperatoris conjuge de episcopali sede deturbaretur (5), Leontio Ancyrano, primas inter episcopos qui tunc convenerant agente, ipse ejulans atque ingemiscens, quod iustitiam consequi sibi non liceret, qua & sepulcrorum effossores (6), latronesque non fraudari par erat (ut scilicet eo-

(5) De Chrysostomo, duplicique eius exilio superius egimus in Interrogatione III. pag. 22. Quod ad eius querelas vero, justissimas sane & rationi prorsus aptissimas vid. Theodoreti *Histor. Eccles. Lib. V. Cap.* 34. Et quid iniquius porro quam inaudita parte poena reum afficere?

(6) Piaculare semper habitum est cineres & ossa mortuorum evertere, legesque pluries latae fuere causa coercendae improborum impietatis. Nazianzeni

αὐτῶν λεγομένων διδῶσι λόγον, ἐκβέβληται. οὐκ ἂν δὲ οὗτος ἠλαύνετο, καί τοι γε τίς ἐν τοῖς τοιούτοις αὐτοῦ ἐπιστημονικώτερος; εἰ ἦν τοῦτο παράλογον, τὸ ὑπὸ Επισκόπων κρί-

eorum de quibus accuſarentur rationem redderent) in exilium miſſus fuit. Porro non ita conqueſtus fuiſſet; nam quis eiuſmodi rerum ipſo doctior? Si ab epiſcopis iudicari abſurdum contrariumque eccle-

---

ni aetate nulla a quibusdam habebatur ſepulcrorum religio, quia plures ſpoliis inde ereptis lucrum ſibi quæritabant, uti eruitur ex duobus epigrammat. quibus S. Antiſtes nititur a tumulo Martiniani cuiusdam impias manus avertere, quaeque inter Anecdota Græca Muratorii reperies N. III. & IV. Leges, quas Imperator Conſtans in τυμβωρύχους ſeu ſepulcrorum violatores, Conſtantiuſque Auguſtus, & Iulianus tulere, videri poſſunt in Codd. Theodoſ. & Iuſtinian. Tit. *de ſepulcrorum viol.*, multaque ad rem facientia habes apud Gruterum, Ioannem Kirchmannum de *Funerib. Romanor. Lib.* 3. *Cap.* 26., Gothofredum in *Comment. ad Cod. Theodoſ.*, Spondanum *Lib. I. part.* 1. *Cap.* 9. *de Coemet. ſacris*, ut alios omittam. In Collectione Canonum Eccleſiae Ioannis Antiocheni *Tit.* XLV. canonica poena ſtatuitur in ſepulcrorum ſuffoſſores in hunc modum: Ο τυμβωρύχος ἑνδεκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται, ἐν δυσὶ προσκλαίων, ἐν τρισὶν ἀκροώμενος, ἐν τέσσαρσιν ὑποπίπτων, ἑνὶ δὲ συνεστώς. καὶ τότε δεχθησόμενος. *Qui ſepulcra effodit, undecim annis carebit communione: duobus deflens, tribus audiens, quatuor ſubſtratus, uno conſiſtens, & tunc admittendus.*

νεσθαι. ἀλλὰ καὶ Ἀθανάσιος ὁ μέγας μετὰ τὴν ἐν Σαρδικῇ ἀθῴωσιν, καὶ τὴν ἐν Ἱεροσολύμαις ὑπὸ Μαξίμου γενομένην τοῦ ὁμολογητοῦ, ἡνίκα σύνοδον συγκροτήσας σύμψηφος καὶ αὐτὸς τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δεδογμένοις ἐγένετο, εἰδὼς ὡς μέγα ἑκάστη ἐνορία ἰσχύει εἰς τὰ κατ' αὐτὴν ὡς εἰκὸς συμβαίνοντα, σύνοδον τῶν κατ' Αἴγυπτον συγκροτήσας ἐπισκόπων, παρεσκεύασε καὶ αὐτοὺς ὁμοίως

ecclesiasticis legibus esset. Sed & magnus Athanasius post eius absolutionem in Sardicensi concilio, aliamque Hierosolymis a Maximo confessore factam (quando & ipse sententiae de Athanasio apud Sardicam latæ, Synodo coacta, consensit) probe sciens quanta, ut par est, auctoritate provinciales episcopi polleant in causis uniuscuiusque provinciae diiudicandis (7), Synodum Aegypti episcoporum congregans, curavit ut

G &

(7) Quisquis avet Provincialium Synodorum ius, earumque utilitatem agnoscere expendat Canon. II. Concilii Constantinopolitani I., cui potissimum haerentes Petrus de Marca, & Cla. Wan-Hespenius non semel Antiquae Ecclesiae disciplinam restituendam clamant, utpote optimam, & Ecclesiasticae Reipublicae firmandae aptissimam.

τοῖς ἐν Σαρδικῇ, καὶ Παλαιστίνῃ περὶ αὐτοῦ ψηφίσασθαι, καὶ χωρὶς ὢν Πατριάρχου.

& ipſi haud diverſa a Sardicenſis & Hieroſolymitani Concilii ſententiis de ſe decernerent, quamvis nulli Patriarchæ ſubeſſet.

ΕΡΩ-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ή'.

Ποῖοι βασιλεῖς ἠγωνίσαντο περὶ εἰρήνης τῶν Ἐκκλησιῶν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

ΚΩνσταντῖνος ὁ μέγας ἐδήλωσεν Αρείῳ τὴν καθ' Αλέξανδρον καταλῦσαι ἔχθραν, (1) &

INTERROGATIO VII.

Quinam Imperatores pro tuenda Eccleſiarum pace dimicarunt?

RESPONSIO.

COnſtantinus magnus Ario declaravit ſe velle, ut quas gerebat cum Alexandro inimicitias extingueret, &

(1) Arium non ſtatim blaſphemias evomuiſſe in Verbum, ſed ſimultates cum Alexandro exercuiſſe eo quia eum ſibi praelatum in electione ad Alexandrinum Pontificatum irretorto oculo viderat, teſtantur Theodoretus *Lib. I. Hiſt. Eccleſ. Cap.* 2. & *Lib. IV. Haereticarum fabular. Cap.* 1., Euſebius *in Vita Conſtantini M. Lib. II. Cap.* 61., & 62., ceterique omnes vetuſtiores Hiſtorici. Apud Euſebium habes etiam integram Conſtantini epiſtolam, de qua Photius inferius, & a qua diſces quanto pacis & veritatis amore aeſtuaret piiſſimus Imperator, qui nulli rei magis ſtudebat quam Reipublicae, Eccleſiaeque bono. Non me fugit nonnullos poſt Baronium male ſenſiſſe de Conſtantino, quaſi jure alieno tamquam proprio iniuſte uſus ſit in componendis ſchiſma-

καὶ διαιτητὴν αὐτῷ Ὁσιον τὸν ὁμολογητὴν ἔστηλεν, ὅτε καὶ ἔγραψεν, ὡς βουλόμενος προσκυνητὴς τῶν ἁγίων τόπων τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις γενέσθαι, χάριν τὸ Πάσχα ἐκτέλεσαι διὰ τοὺς πρὸς ἀλλήλους στασιάζοντας, ἐκωλύθη εἶτα μὴ πείσας, τὴν μέγαλην ἐκρότησαι σύνοδον. Θεοδόσιος ἐμήνυσε Δημοφίλῳ τῷ Ἀρειανῷ εἰ

& quaestionis arbitrum Osium confessorem ad ipsum misit, quo tempore etiam scripsit, se, cum vellet sancta Hierosolymitanæ urbis loca venerabundus petere, ob mutuas illas dissensiones vetitum fuisse. Ario autem dictis non parente, magnam Synodum indixit (2). Theodosius Demophilo Ariano significavit, si Ec-

---

schismatibus; verum ii longe a vero aberrant, uti ostendit *Natalis Alexander Dissertat. V. saecul IV.*, quam vide una cum iis quae habet hac in re *Petrus de Marca*, *Wan-Hespenius*, ac sexcenti alii cum *Grotio in Lib. de Imperio Summarum Pot.*

(2) Non una Nicaena Synodus ab Imperatore indicta est, sed octo priora Oecumenica Concilia ab Imperatoribus sunt coacta, uti ex singulis eorum Synodicis videre est. Adesis quae retulimus superius in *Erotemat. I. N.* 2. *pag.* 2. de Synodica Concil. Constantinop. I. ad Theodosium.

βούλοιτο κρατεῖν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρηνεῦσαι πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν. εἰ δὲ μὴ εἰρηνεύοι ἀναχωρῆσαι, ὃ καὶ ἐγένετο καὶ ἐχειροτονήθη Νεκτάριος. ὁ αὐτὸς οὗτος, κατ' ἀλλήλων γενομένων Ἰννοκεντίου καὶ Φλαυιανοῦ, τὴν ἀνὰ με-

Ecclesias obtinere vellet, pacifice erga Ecclesiam se gereret, sin minus Ecclesia excederet (3), id quod factum fuit, ordinatusque est Nectarius. Idem hic Imperator Innocentio ac Flaviano in-

vi-

(3) Demophilum Arianorum ducem infensissimum fuisse Gregorio Nazianzeno, omnibusque qui Nicaenae Synodo adhaererent, erues ex Socrate *Histor. Eccl. Lib. V. Cap.* 7., qui narrans uti Theodosius causa componendae pacis, quae ab Ecclesia sublata jam fuerat, haec ita refert. Δηλοῖ οὖν αὐτὸς τῷ Δημοφίλῳ, εἰ βούλοιτο πιστεύειν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ ἑνοῦν τε τὸν λαὸν, καὶ τὴν εἰρήνην ἀσπάζεσθαι· τοῦ δὲ φυγόντος τὴν πρόταξιν· εἶχον, ἔφη ὁ βασιλεὺς, εἰ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ὁμόνοιαν φεύγεις σε καὶ σῶν εὐκτηρίων τόπων κελεύω. *Confestim igitur mandat Demophilo, utrum Nicaenae fidei consentire, & populum in unum cogere, pacemque amplecti vellet: Illo verum detrectante: si pacem inquit, & concordiam fugis, te quoque ex Ecclesia fugere jubeo.* Penes eumdem Socratem *Cap.* 8. habes etiam quae spectant ad Nectarii legitimam electionem, ex quibus comperies quod semper Principis fuit tum motos in Ecclesia fluctus componere, tum poenas sumere de iis, qui etsi dignitate & honoribus adaucti, tamen in civium numero sunt computandi.

μεταξὺ αὐτῷ ἔχθραν, ἐκ ποδῶν ἐποίησε καὶ ἠφάνισε.

vicem diffidentibus, per ſe inimicitiam ſuſtulit e medio, ac profligavit.

ΕΡΩ-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ θ'.

Εν ποίαις συνόδοις, καίπερ ἐκ διαφόρων ἀρχιερατικῶν θρόνων συνειλεγμένων τῶν συνελθόντων, οὐκ ἔσχεν ἰσχὺν τὰ δεδογμένα, διὰ τὸ μὴ ἐνδίκως καὶ κατὰ θεσμὸν ἐκκλησιαστικὸν γενέσθαι.

INTERROGATIO VIII.

Quibus nam in Synodis, ex diverſis licet Archiepiſcopalibus Thronis collecti fuerint Epiſcopi, illorum ſanctiones ſuo robore caruerunt (1), *eo quia nec iuſte, nec ſecundum Eccleſiaſticas regulas conditae fuerint.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Επὶ τῶν ἐν Ανλιοχείᾳ συνελθόντων ἐπὶ

RESPONSIO.

Accidit hoc Epiſcopis apud An-

(1) Calvinus eiuſque diſcipuli in eo omnem navarunt operam ut Oecumenicorum Conciliorum auctoritatem infirmarent, incaſſum tamen & ſtulte, nam ſanae rationi ſemper contraire arguentur, quoties vitia temporum, ac nonnullorum Epiſcoporum nequitiam in Eccleſiae damnum refundere conentur. Nec obiciant etiam Gregorium Nazianzenum Conſtantinopolim ad quoddam Concilium evocatum ire renuiſſe, & ad Procopium ſcripſiſſe *Epiſt.* 42. Εχω μὲν οὕτως, εἰ δὲ τἀληθὲς γράφειν, ὥστε πάντα σύλλογον φεύγειν ἐπισχόπων· ὅτι μηδεμιᾶς συνόδου τέλος εἶδον χρηστὸν, μηδὲ λύσιν κακῶν μᾶλλον ἐσχηκυίας, ἢ προσθήκην; *Ego, ſi vera ſcribere oportet, hoc animo ſum, ut omnem Epiſcoporum conventum fugiam; quoniam nullius Concilii finem lae-*

ἐπὶ Κωνσταντίου, προ- Antiochiam Con-
φά- ſtan-

---

laetum & fauſtum vidi, nec quod depulſionem malorum potius, quam acceſſionem & incrementum habuerit; non enim de generalibus hic, ſed de particularibus quibusdam Conciliis is loquitur, in quibus αἱ φιλονεικίαι, καὶ φιλαρχίαι vigent, non inquirendae veritatis amor & ſtudium; alioquin ſecum ipſe pugnaret, cum non ſemel Nicaenam Synodum & Conſtantinopolitanam veluti duo Catholicae fidei firmiſſima fundamenta veneretur ac praedicet. *Conciliorum in Eccleſia ſaluberrimam eſſe auctoritatem* merito ſane ſcripſit S. Auguſtinus *Epiſt.* 118., quantique omnibus non praeconcepta opinione excoecatis haec ipſa auctoritas ſit facienda, priores iidem Apoſtoli prorſus oſtenderunt in illo Hieroſolimitano Concilio, ex univerſa quae tum erat Eccleſia coacto, in quo de Legalibus caeremoniis exorta apud Antiochenos contentio, penitus ſublata eſt. Numquam igitur inſanis Calviniſtarum dicteriis Conciliorum decus & robur excidet, dummodo ea ingenuis caracteribus, quibus fulgere debent, amore ſcilicet pacis, Charitate, veritate doctrinae, & libertate decorentur, quae omnia ab iis Synodis longe abiere, quas hic Photius enumerat, quaſque longiori ſyllabo enumerare potuiſſet, irrito tamen conatu, ipſe Calvinus. Neque Chriſtus, neque Apoſtoli aperte profecto & dilucide quidquam pronuntiarunt de externa ratione qua moderari oporteat Eccleſia; ex eo tamen hoc unum poterit erui, inſerviendum eſſe praecipue temporibus & locis, obſequendumque tum naturae rerum quae emerſerint, tum ſublimioribus Poteſtatibus, quas ſapientia, prudentiaque pollere arbitramur. Interim vero ſi in confeſſo iam eſt penes omnes, Apoſtolos Numine afflante, & Servatoris Noſtri monitis omnia direxiſſe, conſequens erit eam re-

φάσει τῶν ἐγκαινίων τῆς ἐκεῖ κτισθείσης ὑπ' αὐτοῦ ἁγίας Ἐκκλησίας· οὗτοι γὰρ Ἀθανάσιον μὲν αὖθις καθεῖλον, ἤδη

stantio Imperante in ſpeciem dedicandae Eccleſiae ibi ab ipſo aedificatae congregatis (2). Hi enim Athanaſium quidem H jam

---

regiminis ſpeciem amplectendam utraque manu, quam priores Eccleſiae, praecipue vero Hieroſolymitana, ſervarunt, habita tamen ſemper locorum ac temporum ratione. Praecipua quaeque in Comitiis tum populi tum ſeniorum antiquitus pertractata fuiſſe conſtat ex *Apoſtolorum Act. Cap. I.* 15. VI. 3. XV. 4. XXI. &c.; quid mirum igitur ſi mos cogendorum undique ſacrorum comitiorum invaluit, quoties in Eccleſia turbae excitatae fuere a male feriatis hominibus? Nihil tamen tam ſanctum & ſincerum quod hominum malitia non adulteretur, atque adeo ſi quis catholicus de ſumma ſuae aetatis vel coaevorum malitia queritur, eoquod pſeudoſynodos ex condicto, & uno tantum ſtudio patrium, adſtruendoque errore nonnulli coegerint, numquam idcirco Oecumenica Concilia improbaſſe putabitur.

(2) De hac pſeudoſynodo, quae ab auctore *Synodici Libelli* pluries citati ad annum Chriſti 345. refertur, multa habes quae cum Photio noſtro penitus concordant. Ei ſane permulti etiam Orthodoxi epiſcopi adfuere, impares tamen numero Arianorum, qui tum ſymbolo, tum Athanaſio infenſi, praetextu quidem initiationis Eccleſiae Conſtantinianae ἐνὸς ὑπαρχούσης τῶν θεαμάτων convenerant, reipſa vero ut rata haberentur, quae in Tyrio Concilio Anni 335. ipſi decreverant.

ἤδη καὶ πρότερον ὑπὸ τῶν ἐν Τύρῳ καθαιρεθέντα· Γρηγόριον δὲ ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτοῦ θρόνον ἐχειροτόνησαν, ὧν οὐδέτερον ἔμεινε βέβαιον. ἦσαν δὲ ἐν αὐτῇ Εὐσέβιος ὁ τότε Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Πλάκιτος ὁ Ἀντιοχείας, μεθ' ὧν ἐπίσκοποι ἐνενήκοντα καὶ ἕπτα τὸν ἀριθμὸν ἐτέλουν. ὡσαυτῶς καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ κατὰ τοῦ μεγάλου συνελήλυθότα·

jam antea a Synodo Tyrio Epiſcopatu ſpoliatum, rurſus depoſuere; Gregorium vero in eius locum ordinarunt epiſcopum, quorum neutrum firmum aut ſtabile permanſit. Interfuerunt autem huic Synodo Euſebius tunc Conſtantinopolis, & Flaccillus Antiochiae epiſcopi, cumque iis (3) alii numero nonaginta ſeptem. Idem pariter accidit his qui in Epheſina urbe adverſus ma-

---

(3) Auctor *Synodici* & ipſe ſcribit nonaginta ſeptem epiſcopos Antiochiam conveniſſe contra Athanaſium, verum cum ait: ὅσπερ ἐξῆρχον ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, καὶ Παλαιστίνης Ἀχάκιος, καὶ Καισαρίας Καππαδοκίας Διάνιος, Ἀστέριον ἔχων τὸν Καππαδόκην φιλόσοφον· *Ei praefuerunt Nicomediae Epiſcopus Euſebius, & Palaeſtinae Acacius, Caeſareae Cappadociae Dianius, Aſterium habens Cappadocem philoſophum*, videtur nonnihil recedere a Photio. Expendant hoc quibus vacat.

των Φλαυιανοῦ· παρῆσαν γὰρ ἐν αὐτῇ Διόσκορος Αλεξανδρείας, magnum Flavianum convenerant; aderant enim in illa Synodo (4) Dioſcorus Alexandrinus, Iu-

---

(4) Λῃστρικὴ ἐν Εφέσῳ, ait auctor *Libelli Synodici* ad annum 449., συναθροίζεται σύνοδος, ἧς ἐξῆρχεν Αλεξανδρείας ὁ πάπας Διόσκορος. *Praedatoria Epheſi coacta fuit Synodus, cui Dioſcorus Alexandrinus Pontifex praefuit*. Narrans vero turbas in ea ab Eutyche excitatas proſequitur: Φλαβιανὸς Κωνσταντινουπόλεως ὁ ἀοίδιμος καθαιρεθεὶς, λακτίσματι ἀποκτείνεται, καὶ ὁ τοῦ Δορυλαίου Εὐσέβιος ὑπὲρ Χριστοῦ ἐξορίζεται. *Flavianus inclytus Conſtantinopoli Epiſcopus abdicatus, calcibus occiditur; & Euſebius Dorylaei, Chriſti cauſa, in exilium ablegatur*. Immanis haec caedes, licet per Barſumam, & monachos eius perpetrata, impio tamen Dioſcoro malorum omnium auctori tribuenda videtur, ex eo quod Sabas epiſcopus Palti, Actione 3. Concilii Chalcedonenſis, eum *Novum Cain* appellet, & Quintus Phocenſis epiſcopus ipſum in eodem Concilio Flaviani interfectorem aperte vocet; nec non Evagrius *Lib*. 2. *Cap*. 2. ſcriptum reliquerit, Flavianum miſerandum in modum a Dioſcoro interfectum, per vim ab eo Eccleſia extruſum, & calcibus verberatum. Flaviani vero mortem non omnes eodem modo narrant; Proſper enim in *Chronico* ſcribit: *Inter manus eorum a quibus in exilium ducebatur, glorioſo ad Chriſtum fine tranſivit*. Nicephorus refert triduo poſt deceſſiſſe, & in Menologio Graecorum haberur ipſum ad Epypam Lydiae relegatum, ibique taedio, laboribus, & tormentis confectum vita functum eſſe, quibus prorſus reſpondet *Breviculus Cauſae Eutychianiſtarum* quem vide.

καὶ Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων, καὶ ὁ Ἀντιοχείας σὺν ἱκανοῖς ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις, οἳ Εὐτυχῆ μὲν τὸν αἱρετικὸν ἀθῷον ἀπέφηναν, καὶ τὴν ἱερώσυνην αὐτῷ ἀπέδωκαν· Φλαυιανὸν δὲ τὸν ἅγιον κατεδίκασαν. ἀλλὰ καὶ Θεοδώριτον,

Iuvenalis Hieroſolymitanus, & Antiochiae epiſcopus cum aliis doctis orthodoxiſque, qui Eutychem quidem haereticum (5) innocentem pronuntiarunt, ac Sacerdotale ipſi munus reddiderunt, ſanctum vero Flavianum condemnaverunt. Sed & adverſus Theodoretum, Cy-

(5) Eutychetem presbyterum & Archimandritam Neſtorianae haereſeos inſectatorem minus cautum, imperitia magis quam impietate in errorem proruiſſe, veteres omnes ſcriptores innuerunt ac praecipue S. Leo *Epiſtola* 13. ad Pulcheriam Auguſtam data, in qua haereſim eius *de imperitia magis, quam de nequitia natam* teſtatur. Is contendebat itaque in Chriſto poſt Incarnationem unam tantum naturam ex duabus, quae antea erant ad invicem diſcretae, coaluiſſe hypoſtatici nexus cauſa, adeoque videbatur ſentire vel mixtione quadam humanae & divinae naturae unicam exſurrexiſſe, vel unius in alteram converſione, id quod riſu excipiendum. Non poſſum tamen quin mirer in tantas rixas procurriſſe ex hac quaeſtione utriuſque partis aſſeclas, quae prorſus evanuiſſet, clare & dilucide patefactis, & expenſis vocibus *Natura* & *Perſona*. Vide Ioſeph. Sim. Aſſemanni *Biblioth. Oriental. Vatic. Tom. II.* nec non abſolutiſſimam eius *De Monophyſitis* Diſſertationem, in qua plura ſcitu digna reperies.

Κυρίλλῳ μετὰ τελευτὴν χαριζόμενοι, καλέκριναν, ὧν οὐδὲν ἀσάλευτον ἔμεινε· πάντα γὰρ μετ' ὀλίγον ἡ λετάρτη σύνοδος ἡ εἰς τὸ Βυζάντιον μετέστρεψε, τὴν παράλογον τῶν

Cyrillo Alexandrino poſt obitum gratificantes, ſententiam tulere (6), quorum nihil inconcuſſum exſtitit, omnia enim paulo poſt quarta Synodus, aliaque apud Byzantium coacta (7) ſubvertit, nulla

---

(6) In praedatoria Synodo, de qua nos ſuperius Num. 4. diximus, id eveniſſe compertum eſt omnibus, ut prae ceteris teſtatur Evagrius *Hiſtor. Eccleſ. Lib. II. Cap.* 10. ubi καθαιρεῖται δὲ, ait, παρ' αὐτῶν καὶ ὁ τῶν Κυρεσῶν ἐπισκοπήσας Θεοδώριτος, καὶ μὴν καὶ Δόμνος ὁ τῆς Ἀντιοχέων. *Depoſitus eſt ab iisdem etiam Theodoritus Epiſcopus Cyri, & Dominus Antiochenus.* A Neſtorii quidem partibus eiuſque amicitia non tam cito Theodoritus divulſus eſt, etſi nefaria dogmata damnaret, a quibus tamen Neſtorium putabat alienum. Id patet ex ipſius Theodoriti epiſtolis ad Andream Monachum Conſtantinopolitanum, ad Andream Samoſatenum Epiſcopum, ad Himerium Nicomedienſem, quarum excerpta protulit Marius Mercator; verum enim vero is in VIII. actione Oecumenicae Synodi Chalcedonenſis anathema dixit in Neſtorium, ac ſtatim Eccleſiae ſuae reſtitutus eſt.

(7) De hac Synodo altum ſilentium penes eccleſiaſticae hiſtoriae ſcriptores, ſub Anatolio vero Conſtantinopolitano Patriarcha eam habitam fuiſſe circa annum Chr. 455. eruitur ab auctore *Synodici Libelli*,

ἐκεῖσε συνελήλυθότων συμφωνίαν ἐν οὐδενὶ θέμενοι λόγῳ. ὁμοίως ἐπὶ τῶν κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Χρυσοστόμου συνελήλυθότων, παρῆν γὰρ ἐν αὐτῇ Θεόφιλος ὁ Αλεξανδρείας σὺν καί τισι τῶν αὐτοῦ ἐπισκόπων, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντινουπόλεως τινὲς τῇ καθαιρέσει συνήργησαν ταύτῃ. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ

la habita absurdi illic convenientium episcoporum consensus ratione. Idem dicendum de iis qui contra Divum Chrysostomum concilium egere (8), cui adfuit Theophilus Alexandrinus cum aliis quibusdam episcopis, nonnullisque etiam ex ipsa Chrysostomi Dioecesi depositionem eius urgentibus atque adjuvantibus. Quinimmo non secus actum est de episcopis LXXVI. (9) orien-

---

belli, qui rem ita narrat: Ωσαύτως καὶ Ανατόλιος ἐν Κωνσταντινουπόλει θεόπνευστον προσκαλεσάμενος σύνοδον, Εὐτυχῆ, καὶ Διόσκορον, καὶ Τιμόθεον, τὸν ἐπιλεγόμενον Αἴλουρον, ἀνεθεμάτισε. καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐκύρωσεν. *Similiter & Anatolius, Constantinopoli divinitus inspirata convocata Synodo, Eutychem, Dioscorum, & Timotheum, cui Aeluro cognomen erat, anathemate notavit, & Chalcedonensem Synodum confirmavit.*

(8) Vide quae de hoc pseudoconcilio superius diximus *pag.* 39. Num. 1.

(9) Auctor *Synodici Libelli* sexaginta tantum fuisse Episcopos Philippopoli coactos ad infirmanda ea

τῶν ἐν Φιλιππουπόλεως τῆς Θράκης ἐκ τῆς ἑῴου συνελθόντων ος'. ἐπισκόπων, ὅτε ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος ἔμελλε συγκροτεῖσθαι· οἱ λογιώτεροι γὰρ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἐκεῖσε συναθροισθέντες ἐκ πάσης ἐπισκοπῆς, Ἰούλιον μὲν τῆς ἀνατολῆς ἐκεῖσε σὺν τῷ Ρώμης καθεῖλον, καὶ Οσιον τὸν ὁμολογητὴν, καὶ ἄλλους. ἐπεκύρωσαν δὲ, ὡς ἐδόκουν, τὴν τῶν μεγάλων Αθανασίου, καὶ Παύλου τοῦ ὁμολογητοῦ καθαίρεσιν, ὧν οὐδὲν ἄτρεπτον ἢ

orientalibus apud Philippopolim Thraciae convenientibus, cum Sardicae Synodus celebranda erat. Celebriores enim & doctiores episcopi ex universis propemodum Orientis sedibus illic congregati Iulium quidem Romanum (10) Pontificem, & Osium confessorem, aliosque nonnullos damnarunt; Athanasii vero & Pauli magnorum virorum depositionem, ut sibi videbatur, confirmarunt, quae omnia deinceps mutata & infirmata fuere.

---

ea quae constituta fuerant in Sardicensi Concilio scribit.

(10) Protuli uti habet Cod. Vat. 828., legendum tamen puto Ἰούλιον μὲν τῆς Ρώμης καθεῖλον, cetera enim videntur per hallucinationem Librarii perperam inserta.

ἀμελάβλητον ἔμεινε· καὶ Μάρκελλον δὲ τὸν Ἀγκύρας ἢ τούτων τῶν ἐν Σαρδικῇ συνελθόντων συμφωνία ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἀθῳώσει, καίπερ αὐτοῦ τοῦ Ρώμης δι' Ὁσίου τοῦ Ὁμολογητοῦ παραγεγονότος, ὃς τὸν αὐτοῦ τόπον ἀνεπλήρου, καὶ τῆς συνόδου δεχόμενος τὸ πρόσωπον.

re. Marcello quoque Ancyrano Episcopo (11) nihil profuit, unanimis episcoporum Synodum apud Sardicam agentium, in eo ab illatis criminibus absolvendo, consensus, quamvis Romanus ipse episcopus per Osium confessorem ejus vices gerentem praesens extitisset (12), ac praeterea Synodus

(11) De Marcello Ancyrano, eiusque causa excitatis turbis plura & superius diximus. Addendum tamen nunc supereſt nullo modo ipsum purgari posse ab erroris saltem suspicione, cum *Verbum*, ac *Spiritum Sanctum* Naturae divinae *emanationes* luculenter non semel appellarit, id quod non recte Ideae trium Personarum Trinitatis Deificae respondet. Praeterea maiorem etiam is invidiam subiit, & reprehensione magis afficiendus visus est cum morti proximus renuit damnare haereses Photini eius discipuli. Ade-sis Cel. Montfoconii Diatribam *de Causa Marcelli* in nova Collectione Patrum Graecorum *Tom. II. pag.* 51., aeque ac Gervasium in *Vita S. Epiphanii pag.* 52.

(12) Acerbum sane dissidium diù viguit inter Canonistas, ac viget adhuc de Romani Episcopi potestate in Conciliis tum cogendis tum absolvendis, qui-

τέας οὔσης, οὐδ'ἐν ὧ- nodus illa ſuſcepta
νησε, I fue-

---

quique Romae nimium ſtudentes monarchicum non recte regimen in Eccleſia conſtituere contendunt, toto marte ſudant ut oſtendant omnem Concilii vim penitus corruere, ni quaevis oecumenica Synodus a Pontifice fuerit indicta, ni illi vel ipſe per ſe, vel per legatos adfuerit, ac ni ſuo ipſe calculo ſingula tum Fidei, tum Morum decreta firmarit. Longiori ſane diſquiſitione opus eſſet cauſa hic infirmandi huiuſmodi opinionem, quae uni tantum totius eccleſiae jura defert, & hinc inde ab utraque parte excogitatae ſententiae, & rationum momenta eſſent conferenda, ut veritas ſua luce pateret. Cum igitur nec rei, nec temporis ratio id a nobis exigat, innuemus tantum, fundamentum cui innitur fabrica Romanae celſitudinis nec ſatis firmum, nec ſtabile adeo, ut non quam facillime fatiſcat. Praetereo itaque lippis & tonſoribus jam comperta de prioribus octo Conciliis oecumenicis a Caeſaribus indictis, de irritis Romanorum Pontificum conatibus in ſibi vindicandis iis juribus de quibus altum ſilentium penes Chriſtum eiuſque Apoſtolos, ac tria priora ſaecula, atque id unum expendens quod firmiſſimum argumentum ſibi vindicant ex Socrate *Hiſt. Eccleſ. Lib. II. Cap.* 17., qui querelas Iulii Pontificis referens in Epiſcopos Antiochiae coactos in Athanaſii cauſa, ait ipſum conqueſtum eſſe διότι παρὰ κανόνας εἰς τὸν σύνοδον αὐτὸν οὐκ ἐκάλεσαν, τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ρώμης κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας, *Eo quod contra canones ipſum ad Synodum non vocaſſent, cum eccleſiaſtica regula interdictum ſit, ne praeter ſententiam Romani Pontificis quidquam ab eccleſiis decernatur*: non poſſum quin dicam Socratem falſum fuiſſe, ut Valeſio antea in-

no-

νησε, διὰ τὸ παρα- fuerit, quia nimi-
λόγως αὐτὴν γενέσθαι· rum nec rite nec ju-
φανερῶς γὰρ αὐτὸν ἡ ſte Marcellum ab-
δευτέρα σύνοδος απο- ſolvit; aperte enim
κηρύτλει. ipſi ſecunda Syno-
dus excomunicationem inflixit.

ΕΡΩ

---

notuerat, nam cum adhuc Epiſtola Iulii, eximium illud Eccleſiaſticae Antiquitatis monumentum extet in ſecunda Athanaſii defenſione contra Arianos, nuſpiam in ea vel de *Synodo*, vel de *eccleſiaſtica* illa *regula* quidquam legitur. Falſus itaque eſt Socrates, atque is in errorem compulit Sozomenum qui eadem omnino refert quae Socrates, illiuſque fidei innixus veluti indubium quod nec videre curaverat poſteris obtruſit, etſi ἱερατικὸν νόμον *legem pontificiam*, non ut Socrates ἐκκλησιαστικὸν dixerit. Quid infirmius igitur eo fundamento quod corruit prorſus inſpecta tantum Iulii epiſtola? Utinam unus & alter nullo partium ſtudio abrepti, ſed veritati litantes monumenta quaeque ad trutinam revocarent ſanctioribus critices regulis, etſi enim permulta jam patefacta ſint, plura tamen adhuc indigent luce, in re enim tanti momenti nodum etiam in ſcirpo quaerere non improbandum.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ι'.

Πότε καθηρέθησαν ἐπίσκοποι, καὶ πάλιν ἐδέχθησαν κανονικῇ εὐθύτητι, ἢ τῇ τοῦ ἰδίου λαοῦ παρακλήσει.

INTERROGATIO IX.

Quando abdicati epiſcopi, iterum iuxta canones, vel populo (1) *ſibi commiſſo poſtulante, priſtinam dignitatem receperunt.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

ΕΝ διαφόραις μὲν συνόδοις καὶ ὑπὸ διαφόρων ἐπισκόπων ἐκδεδικημένοις, ἐπειδὴ ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἔστιν εὑρεῖν, ὅτι ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀρχῆς ἐκδεδικημένοις ἐπισκόποις ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀρχῆς ἐδόθη ἡ ἐπανόρθωσις, ἐπειδὴ

διαφόρων τοῦτο πολ- versis episcopis id
λά- sa-

---

a germano suo nativoque sensu numquam excidit, id quod ut latius pateat, rem altius repetam. Duplex erat, ut ipse Iustellus ad Canonem V. Laodicenae Synodi animadvertit, ratio qua Athenienses Magistratus eligebantur; nonnulli enim per κλῆρον, adeo ut κληρώται ἀρχαὶ *Magistratus sorte electi* dicerentur, alii vero per χειροτονίαν, *porrectione* scilicet *manuum*, quae in sublime a populo tollebantur, & χειροτονήται sint appellati. Omitto, ne nimius sim, exempla Demosthenis in Neaeram, & Aeschinis in Ctesiphontem, usumque huiusmodi penes Romanos receptum fuisse, uti testatur Cicero in Orat. Pro Flacco, & contendo idem utique sensisse quae Demosthenes & Aeschines Lucam *Act. Cap.* 14. cum dixit χειροτονήσαντες πρεσβυτέρους κατὰ ἐκκλησίαν, Paulum in 2. *ad Corinth. Cap.* 8. 19. ubi Lucas χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν *suffragiis delectus ab ecclesiis* dicitur, & canona V. Laodiceni Concilii in quo habetur μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι *non oportere electiones fieri in praesentia audientium*, penes quos omnes χειροτονια pro electione scilicet populi, eiusque suffragio accipitur. Ita prorsus Theod. Balsamo & Zonaras in *Can. I. Apostolorum*, cuius verba ex Cod. MS. Bibliothecae Regiae olim adscripsit Christoph. Iustellus, & sunt huiusmodi: πάλαι καὶ ἡ αὐτὴ ψῆφος χειροτονία ὠνόμασο· ὅτε γὰρ τοῖς τῶν πόλεων πλήθεσιν ἐξῆν ἐκλέγεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς, συνῄεσαν τὰ πλήθη, καὶ οἱ μὲν, τόν δε ἠροῦντο, οἱ δὲ τόνδε. ἵνα οὖν ἡ τῶν πλειόνων κρατοίη ψῆφος, λέγεται πείνειν τὰς χεῖρας, τοὺς τὴν ἐπιλογὴν ποιουμένους, καὶ διὰ τούτων ἀριθμεῖσθαι τοὺς ἕκασον ψηφιζομένους, καὶ τὸν παρὰ τῶν πλειόνων αἱρούμενον, εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην προκρίνεσθαι. κ. τ. λ. *Olim ipsum suffragium appellatum est* χειροτονία; *nam cum civitatum populis liceret eligere sacrorum praefectos, simul coibat ipse populus, & alii quidem hunc, alii*

λάκις ἐγένετο, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου Αθανασίου γέγονε, καὶ ἐπὶ Μαρκέλλου ἐπισκόπου Αγκύρας, καὶ Μακαρίου, καὶ ἑτέρων πωλλῶν, ὡς εἴρηται. χαρακλήσει δὲ λαὸς ζητοῦντος τὸν ἴδιον ποιμένα ἐγένετο ἐπὶ Ηρακλᾶ τοῦ ἁγιωτάτου πα-

saepenumero factum fuit, quemadmodum & S. Athanasio & Marcello episcopo Ancyrae, & Macario, aliisque multis, ut ante diximus, accidit. Favore autem populi proprium pastorem petentis idem evenit Heraclae (2)

ἠρι-

SS.

---

alii vero deligebant illum. Quatenus autem plurium suffragium vinceret, eligentes ferunt solitos manus extendere, & per manus ita porrectas numerabantur qui vel hunc vel illum delegissent, plurium vero suffragiis electum summo Sacerdotio praeficere &c. Quid luculentius igitur hisce testimoniis ad jus huiusmodi populo adstruendum? Nemo itaque mirabitur si populi desiderio quandoque morem gessere tum Principes tum Synodi, pudorem etenim omnem saepius perfricata fronte detersisse argueretur qui populum quovis jure spoliare contenderet in Ecclesiastico regimine, quod si aliquando vel imminutum est, vel penitus sublatum, id factum fuisse credendum ne turbis committeretur Sacerdotum electio, id quod ab antiquis canonibus cautum semper fuit.

(2) Heraclas Plutarchi martyris frater, Origenisque princeps discipulus, adeo doctoris sui sibi devinxit animum, ut cum Origenes animadverteret se imparem esse tanto labori διανείμας τὰ πλήθη, ut verbis

ἱριάρχου Αλεξανδρείας, οὗ διάδοχος Διονύσιος, εἶτα Μάξιμος, ἔπειτα Θεωνᾶς, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ ἅγιος ἱερομάρτυρ Πέτρος. ἐγένετο δὲ ἰοιῶς δε. ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Ηρακλᾶ Ωριγένης ὁ καλούμενος Αδαμάντιος τὴν ἰδίαν φανερῶς ἐξηγούμενος αἵρεσιν, τετράδι καὶ παρασκευῇ, ἐν τοῖς ἰδίοις ἀκροατηρίοις, καὶ τοῖς ἔξωθεν ἐπὶ πλείονας ἀνθρώπους ἐκφερόμενος. ἐν δὲ τῇ τοῦ ἁγίου Δημητρίου τελευτῇ, ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς Αλεξανδρέων ἐκκλησίας ἀνήχθη Ηρακλᾶς, ἤδη καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος ἐπίσημος.

SS. Alexandriae Patriarchae, cui ſucceſſit Dionyſius, deinde Maximus, mox Theonas, & poſt hunc S. martyr Petrus. Res autem ita ſe habuit. Agebat in humanis eiusdem SS. Heraclae temporibus Origenes cognomine Adamantius, & quarta & ſexta feria in ſuis ad populum ſermonibus excogitatam a ſe haereſim (3) manifeſte

---

bis utar Euſebii *Eccleſ. Hiſt. Lib. VI. Cap.* 15. τὸν Ηρακλᾶν τῶν γνωρίμων προκρίνας, ἔν τε τοῖς θείοις σπουδαῖον, καὶ ἄλλως ὄντα λογιώτατον ἄνδρα καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄμοιρον, κοινωνὸν καθίζη τῆς κατηχήσεως, *Diviſa omni auditorum multitudine, Heraclam ex familiaribus ſuis deligens, virum rerum divinarum ſtudioſum & alioqui doctiſſimum, nec expertem philoſophiae, in docendi officio ſocium ſibi atque adminiſtrum adiunxit*. Vita functo Demetrio Alexandrinorum epiſcopo, Heraclas iam nominis fama percelebris ad eam ſedem promotus eſt.

(3) Quae fuerit haereſis quae infenſum adeo reddiderit Heraclam Origeni non facile eſt diudica-

te,

ραστευῆ. τοῦτον ἰοίνυν ὡς παραποιοῦνλα τὴν ὑγιαίνουσαν δίδασκαλίαν, καὶ παραχαράσσοντα ἰὴν ὀρθόδοξον πί-

nifeſte declarabat. Hunc utpote ſubvertentem ſanam doctrinam, & adulterantem orthodoxam fi-

---

re, cum tot tantique errores ei tribuantur, ut vix credi non poſſit non hyperbolice ſcripſiſſe quotquot de eo locuti ſunt, omnium etenim haereſum quae deinceps prodiere, ipſe inſimulatur veluti princeps auctor & cauſa. Adeundus doctiſſimus Huetius in Libris Origenianorum a quo plura diſces ſcitu digniſſima atque eruditione incredibili pertractata. Non praeter rem forte tantum hic innuam, quod & Moshemius animadvertit *Hiſt. Eccleſ. ſaecul. IV. Part. II. Cap.* 3., non faciles ſcilicet praebendas eſſe aures Hiſtoricis IV. & V. ſaeculi, qui ſaepius abutuntur Origeniſtarum nomine, quo indigitantur plerumque tum quorum prorſus ſubleſta erat fides, erroribuſque Origenis patrociniabantur apertiſſime, cum ii qui κριτικώτεροι errores quidem veluti putidas haereſes anathemate etiam confodiebant, ſed illi affictos contendebant inſtituto eius operum ſeveriori examine cum iis quae illi falſo tribui non uno argumento oſtendere conabantur. Quid iniquius hiſtorico non unam veritatem ſectanti, ſed partium ſtudio nimium abrepto? Is lites quaſque tolleret per quam commode; quoniam vero quaeſtionum iudex vult haberi, hinc fit quod ſuo indulgens ingenio blaterat non enarrat, & nebulas undique offundit. In memoriam revoces Ianſeniſtarum cauſam diu nimium agitatam ad hæc uſque noſtra tempora, & noſces hiſtoricos eodem laboraſſe morbo, quo jam laborarunt qui de Origeniſtis ſcripſere.

ἱεράρχου Ἀλεξανδρείας, οὗ διάδοχος Διονύσιος, εἶτα Μάξιμος, ἔπειτα Θεωνᾶς, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ ἅγιος ἱερομάρτυρ Πέτρος. ἐγένετο δὲ τοιῶς δε. ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Ἡρακλᾶ Ὠριγένης ὁ καλούμενος Ἀδαμάντιος τὴν ἰδίαν φανερῶς ἐξηγούμενος αἵρεσιν, τετράδι καὶ παρασκευῇ ἐν τοῖς ἰδίοις ἀκροατηρίοις ἐξηγούμενος τὰς γραφάς, καὶ πολλοὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνάγων, ἐπὶ τοσοῦτον προέκοψε τῇ τῶν λόγων δυνάμει, ὡς καὶ τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον Δημήτριον ἐπὶ τὸν τῆς Ἡρακλείας θρόνον μεταστῆσαι. SS. Alexandriae Patriarchae, cui ſucceſſit Dionyſius, deinde Maximus, mox Theonas, & poſt hunc S. martyr Petrus. Res autem ita ſe habuit. Agebat in humanis eiusdem SS. Heraclae temporibus Origenes cognomine Adamantius, & quarta & ſexta feria in ſuis ad populum ſermonibus excogitatam a ſe haereſim (3) manifeſte

---

bis utar Euſebii *Eccleſ. Hiſt. Lib. VI. Cap.* 15. τὸν Ἡρακλᾶν τῶν γνωρίμων προκρίνας, ἔν τε τοῖς θείοις σπουδαῖον, καὶ ἄλλως ὄντα λογιώτατον ἄνδρα καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄμοιρον, κοινωνὸν καθίστη τῆς κατηχήσεως, *Diviſa omni auditorum multitudine, Heraclam ex familiaribus ſuis deligens, virum rerum divinarum ſtudioſum & alioqui doctiſſimum, nec expertem philoſophiae, in docendi officio ſocium ſibi atque adminiſtrum adiunxit*. Vita functo Demetrio Alexandrinorum epiſcopo, Heraclas iam nominis fama percelebris ad eam ſedem promotus eſt.

(3) Quae fuerit haereſis quae infenſum adeo reddiderit Heraclam Origeni non facile eſt diudica-

te,

ραστευῆ. τοῦτον ἰοίνυν ὡς παραποιοῦνλα τὴν ὑγιαίνουσαν δίδασκαλίαν, καὶ παραχαράσσοντα τὴν ὀρθόδοξον πί-

nifeſte declarabat. Hunc utpote ſubvertentem ſanam doctrinam, & adulterantem orthodoxam fi-

---

re, cum tot tantique errores ei tribuantur, ut vix credi non poſſit non hyperbolice ſcripſiſſe quotquot de eo locuti ſunt, omnium etenim haereſum quae deinceps prodiere, ipſe inſimulatur veluti princeps auctor & cauſa. Adeundus doctiſſimus Huetius in Libris Origenianorum a quo plura diſces ſcitu digniſſima atque eruditione incredibili pertractata. Non praeter rem forte tantum hic innuam, quod & Moshemius animadvertit *Hiſt. Eccleſ. ſaecul. IV. Part. II. Cap.* 3., non faciles ſcilicet praebendas eſſe aures Hiſtoricis IV. & V. ſaeculi, qui ſaepius abutuntur Origeniſtarum nomine, quo indigitantur plerumque tum quorum prorſus ſubleſta erat fides, erroribuſque Origenis patrociniabantur apertiſſime, cum ii qui κριτικώτεροι errores quidem veluti putidas haereſes anathemate etiam confodiebant, ſed illi affectos contendebant inſtituto eius operum ſeveriori examine cum iis quae illi falſo tribui non uno argumento oſtendere conabantur. Quid iniquius hiſtorico non unam veritatem ſectanti, ſed partium ſtudio nimium abrepto? Is lites quaſque tolleret per quam commode; quoniam vero quaeſtionum iudex vult haberi, hinc fit quod ſuo indulgens ingenio blaterat non enarrat, & nebulas undique offundit. In memoriam revoces Ianſeniſtarum cauſam diu nimium agitatam ad hæc uſque noſtra tempora, & noſces hiſtoricos eodem laboraſſe morbo, quo jam laborarunt qui de Origeniſtis ſcripſere.

πίστιν, ἐχώρησεν ὁ αὐτὸς ἅγιος ἐπίσκοπος Ηρακλᾶς καὶ ἐδίωξε τῆς Αλεξανδρείας. ὁ δὲ αὐτὸς ἐκκήρυκτος Ωριγένης, ἀπερχόμενος εἰς τὰς τῆς Συρίας πόλεις, καλήνλησεν εἰς πόλιν ὀνομαζομένην Θμούνην ἐπίσκοπον ἔχουσαν ὀρθόδοξον ὀνόματι Αμμώνιον, ὃς καὶ ἐπέτρεψε τῷ αὐτῷ Ωριγένη ὁμιλῆσαι λόγον

fidem e fidelium coetu ſegregavit idem S. epiſcopus Heraclas, & Alexandria pepulit. Eiectus autem eo pacto Origenes in Syriam abiit, pervenitque ad urbem nomine Thmuim (4), cui orthodoxus epiſcopus praeerat nomine Ammonius. Hic ſermonem praeceptorium in eccleſia Origenem habere permiſit,

---

(4) Θμουῖς, πόλις Αἰγύπτου, ait Stephanus Byzantinus *de Urbibus & Populis*, eamque civitatem Coſmographus *L.* 4. in Mendeſio Nomo locat & Ammianus Marcellinus *Lib.* 22. *Cap.* 40. inter Aegypti maximas urbes recenſet dicens: *Aegyptus ipſa, quae jam inde, ut Romano Imperio iuncta eſt, regitur a praefectis, exceptis minoribus multis; Athribi, Oxyrrycho, & Thmui maximis urbibus nitet.* Ex Syria igitur cui contermina eſt Aegyptus neceſſe eſt receſſiſſe Origenem, & in Aegyptum conceſſiſſe, ni velimus alteram Thmuim in Syria fuiſſe, de qua tamen altum ſilentium penes ſcriptores geographicos.

διδακτικὸν ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ. τοῦτο δὲ ἀκούσας ὁ πάπας Ηρακλᾶς ὁ εἰρημένος, ἐξῆλθεν εἰς Θμούην, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο παθήρησε τὸν Αμμώνιον, καὶ παρέδωκεν ἀμφωτέροις, τῷ Αμμωνίῳ, φημὶ, καὶ τῷ Φιλίππῳ τὴν ἐπισκοπὴν Θμούην. μετὰ δὲ

missit, quod cum ante dictus Papa Heraclas intellexisset, Thmuim accessit, & eam ob causam deposuit Ammonium, tradiditque ambobus, Ammonio, inquam, & Philippo illius urbis episcopatum (5). Post-

K quam

---

(5) In Nicaeno Concilio cautum fuit Can. VIII. ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν, *ne duo sint in civitate episcopi*, atque hoc ne turbae emergerent; *nec jus* enim, ait Pacianus Epist. ad Sympronianum, *nec fas Sacerdotii singularis patitur, ut uno eodemque tempore duo sint eiusdem Ecclesiae episcopi*. Quamplurima tamen exempla huic canoni contraria in ecclesiastica historia invenire est, nam & magnus Augustinus sedit una cum Valerio, ut ipse *Epist.* 110. fatetur dicens: *sedi cum Patre & Episcopo meo Valerio, quod in Concilio Nicaeno prohibitum esse nesciebam*, & ut alia praeteream Cornelius Ecclesiae Romanae Episcopus Cypriano coaevus in epist. ad Fabium Antiochenae Ecclesiae praesidem de Novato Catharorum haeresis auctore: *Vindex ille Evangelii*, inquit, *ignoravit unum esse debere in Ecclesia Catholica episcopum*. Quid dicendum tamen de recentioris aevi instituto, per quod tot Ecclesiis duo Episco-

pi

δ' ἐ τὸ ἀποστῆναι τὸν ἅγιον Ηρακλᾶν ἐκεῖθεν, ὁ μὲν θαυμαστὸς Φίλιππος οὐδ' ὅλως ἐκάθησεν ἐπὶ τοῦ συνθρόνου· ἀλλ' ἐξημένου τοῦ Αμμωνίου, ἦγουν λειτουργοῦντος, ἵστατο ὀπίσω αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς τοῦ Αμμωνίου ζωῆς. ὅτε δ' ἐκοιμήθη ὁ Αμμώνιος,

quam autem S. Heraclas inde discesſit, eximius quidem Philippus nullo pacto adduci potuit ut in communi throno consideret; sed Ammonio sedente, hoc est sacra mysteria celebrante, stetit retro ipsum cunctis diebus, quibus in humanis degit Ammonius; verum eo ob-

---

pi praesunt, etsi alter Romae vel alibi degat honore & nomine tantum pollens, alter Schismaticus vel Haereticus Episcopali fungatur munere in sua dioecesi? Cui bono hoc fiat prorsus nescio, praesertim cum nonnullis ex iis Episcopis, qui *in Partibus* Romano vocabulo appellantur, neque Ecclesia superstit, neque dioecesis cui valeant praeesse. Si enim Leonis Papae testimonio, uti habetur *Dist. 62. C. nulla ratio*, & apud Iustellum inter decreta illius Pontificis *pag.* 229 *Vana habenda est consecratio, quae nec loco fundata est, nec auctoritate munita*, & si *nulla ratio sinit ut inter Episcopos habeantur, qui nec a Clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a Comprovincialibus episcopis cum Metropolitani Iudicio consecrati*, quo jure censendi erunt canonice instituti huiusmodi Episcopi?

τότε ἐκάθησεν ἐπὶ τοῦ θρόνου ὁ Φίλιππος, καὶ ἐγένετο τῶν ἐπισήμων ἐν ἀρετῇ, καὶ θαυμαζομένων ἐπισκόπων. ὅτι τὸν Αρειον διάκονον ὄντα καθήρεσεν ὁ ἐν ἁγίοις ὁσιομάρτυρ Πέτρος, καὶ ἐξωστράκησε τῆς ἐκκλησίας τελείως. Αχιλλᾶς δὲ ὁ ἐν ἁγίοις διάδοχος αὐτοῦ τοῦ ἱερομάρτυρος Πέτρου Αλεξανδρείας τοῦτον οὐ μόνον ἐδέξατο, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτερον ἐχειροτόνησε, καὶ φροντίζειν τοῦ ἐν Αλεξανδρείᾳ διδασκαque Alexandrini (6)

obeunte, tunc in Throno ſedit Philippus, unuſque ex epiſcopis virtute inſignibus, & a cunctis admirationi habitis evaſit. Arium, cum adhuc Diaconus eſſet, S. Martyr Petrus depoſuit, & extra Eccleſiam penitus eliminavit. S. vero Achillas eiusdem martyris Petri Alexandrini ſucceſſor, hunc non modo in communionem recepit; ſed & presbyterum fecit, eumque gymnaſii curam gere-

(6) Primoribus Chriſtianis nihil antiquius fuit quam Scholas, vel ſi mavis Academias inſtituere, ut omnibus pateret aditus ad S. Scripturae intelligentiam, uti prae ceteris oſtendit Auliſius in eo opere quod *Delle Scuole Sacre* nuncupavit. Maximi certe inter has ſemper facta fuit Alexandrina, de qua videnda eſt

λείου ἔταξεν. ὅτι τὸν Εὐτυχῆ καθαιρεθέντα ὑπὸ rere voluit. Eutychem a S. Flaviano de-

---

eſt omnibus numeris abſoluta diſſertatio Schmidii, quaeque ſui auctorem praedicat Marcum Evangeliſtam, quemadmodum viſum eſt Hieronymo & Euſebio. Arcana Religionis antiquitus nullis Philoſophiae ambagibus involuta, nullis humaniorum litterarum fulta praeſidiis, brevi dilucidaque methodo tradebantur, id quod non tantum videre eſt ex Apoſtolicis ſcriptis, verum etiam ex iis auctoribus qui integro ſecundo ſeculo claruere. Neque Apoſtolis, neque eorum diſcipulis curae fuit dogmata Eccleſiae philoſophorum more expendere, atque enucleare Geometrarum ritu, verum quae religionis erant, tradebant cuique perquam aperte, ex quo fiebat recens tinctos baptiſmate in eo omnem navaſſe operam ut ſibi plauderent, animadvertentes quae bona illis ex Evangelio obveniſſent, non auram captantes arguta ipſorum diſceptandi ratione. Dum prudens hæc nudaque ſimplicitas viguit, nullum diſſidium inter Catholicos, nulla ſimultas veritati obfuit, ea verum ſublata craſſiores tenebrae e tartaro obortae terris incubuere. Ade-ſis Moshemium *Hiſt. Eccleſ. Part. II. ſaecul. II. Cap.* 3. necnon Chriſtophor. Matthaeum Pfaffium *Diſſert. de Praejudiciis Theolog. in Primitiis Tubingenſibus*. Tunc immanis illa opinionum cohors emerſit, quibus indulgere quivis pro viribus ſtuduit, Chriſtianique doctores in veritate explicanda ea uſi ſunt methodo, qua antea in philoſophicis verſati erant. Hinc tertio ſeculo Origeni arriſit coeleſtem ſapientiam Platonicis placitis ſubicere, & quae Servator apertiſſime quondam docuerat tropice invertere, uti eruitur perquam facile ex iis quae nobis ſuperſunt a Rufino ſervata *de Principiis*. Is do quo pollebat ingenio a multis incommodis declinavit

ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Φλαυιανοῦ, ὁ Αλεξανδρείας, καὶ ὁ Αντιοχείας, καὶ ὁ Ιεροσολύμων ἐδ' ἑξῆς μετὰ θάνατον ἐκείνου. ὅτι τὸν ἥλιον καὶ φωστῆρα τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν τὸν ἁγιώτατον Χρυσόστομον, καθαιρεθέντα, πῶς ἔφερες δίχη; ὑπὸ Θεοφίλου ὁμοδόξου ἐπι-

depositum, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus episcopi post eius obitum in suam ipsorum communionem recepere. SS. Chrysostomum humanarum animarum solem & luminare a Theophilo eius-

navit quidem, salebrosam tamen hanc discipulis aperiens viam, se ducem eis praebuit, ut finibus praeteritis phantasiae indulgerent, & certas divinae Religionis veritates explicarent proprio marte. Inde Theologiae Scholasticae implexissima ratio, indo mysticorum somnia & portenta, permulti enim Platonicae Scholae adhaerentes sibi plaudebant putantes *Divinam Naturam in humanas animas* veluti *derivari*, vel ut dilucidius eorum mentem aperiam sentiebant: *humanam rationem Divinitatis emanationem esse, atque in ea totius veritatis tum humanae tum divinae elementa contineri*. Hinc ἐριστικῶς omnia pertractata, invisibilia Dei, Religionisque mysteria ad rationis trutinam male revocata, & Scholae veteri silentio spoliatae, rixantium perstrepentibus & inconditis vocibus reboarunt. Vid. Moshemium *Hist. Eccl. secul. III. Par. II. Cap.* 3. Utinam barbaro huic mori & adhuc non indulgeremus, & Theologi abdicatis scholarum quisquiliis unam veritatem quaeritarent non involutam tenebris Peripateticorum, sed scripturarum luce illustratam.

ἐπισκόπου χωρὶς ἰῶν ἄλλων πατριαρχῶν, ἐδέξαντο καὶ συναπεδέξαντο. ὅτι Πέτρον τὸν Μηλίτου, καθαιρεθέντα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου, οὐ μόνον ἐδικαιώσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ τὸν Σαρδέων μητροπολίτην ἐποιήσαμεν. ὅτι καὶ ἑτέρους πλείστους καθαιρεθέντας ἐπὶ ἐγκλήμασι παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Ἰγνατίου ἡμεῖς ἐδεξάμεθα, καὶ τοὺς ὑφ' ἡμῶν καθαιρεθέντας ὁ ἐν ἁγίοις Ἰγνάτιος ἐδέξατο.

eiusdem cum ipso fidei episcopo, ceteris patriarchis insciis atque inconsultis, (quomodo passa est justitia?) depositum, universa Ecclesia pro episcopo habuit, & unanimi consensu in sua communione retinuit. Petrum Meliti episcopum a S. Methodio damnatum non modo nos absolvimus, sed & Sardium metropolitam creavimus. Denique alios plurimos ob delicta a S. Ignatio (7) depositos, nos suscepimus, aliosque a nobis depositos idem S. Ignatius in sui communionem recepit. EPΩ-

(7) De Ignatii Photiique diris simultatibus plura retulimus superius in Dissertatione quam vide. Nil sane iniquius privatis diffidiis quae ex honorum concertatione dimanant, tunc enim fas nefasque inanes habentur voces, atque utilitate non justitia omnia metiri solemus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ι'.

Πόσοι τῶν οἰκουμενικῶν συνοδῶν ἀπέσησαν ;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τῆς μὲν πρώτης ὀκτὼ καὶ δέκα οἱ λογιωτέροι· τῆς δὲ δευ-

INTERROGATIO X.

Quoti ab Oecumenicis Synodis defecere (1)?

RESPONSIO.

A Prima utique duodeviginti, & hi quidem celebrio-

(1) Erotema hoc, quod in uno Codice, inter Graecos Theologicos Bibliothecae Caesareae Vindobon. num. LXXXIX. reperire est, debeo humanitati Friderici Münterii Iuvenis lubente Minerva nati, deerat enim in Tribus Vaticanis, ac proinde in Riccardiano, qui ab illis exscriptus est, ut in praefatione diximus, a Vignolio. Monendus praeterea lector verba huiusce ἐρωτήσεως me protulisse ex fide Codicis Vindobon., etsi paene omnino respondeant erotemati VI. cui in eodem Caesar. Cod. huiusmodi interrogatio praeponitur : Πότε ἐξήλασαν ἐπίσκοποι Πατριάρχας, πατριαρχῶν μὴ παροντῶν ; *Quando*, scilicet, *episcopi expulerunt Patriarchas, patriarchis non adstantibus*. Apte vere nec ne videant alii. In duobus vero Codicibus Vaticanis 829. scilicet, & 1150. ab eodem Vignolio monemur pro hoc X. Erotemate inveniri aliud huiusmodi, ideſt Πρὸς τοὺς λέγοντας ὡς ἡ Ρώμη θρόνος πρῶτος. *Adversus eos qui dicunt Romam primam Sedem esse*, cuiusque initium ita se habet: Εἰ ἡ Ρώμη, ὅτι ἐδέξατο τὸν χοριφαῖον ἐπίσκοπον, πρώτη, ἡ Ἀντιοχεία μᾶλλον ἔξει τὸ πρωτεῖον, ἔτη γὰρ ὀκτὼ πρὸ τῆς Ρώμης ὁ Ἀπόστολος Πέτρος ἐπεσκόπησεν ἐν Ἀντιοχείᾳ. ἔτι εἰ διὰ Πέτρον ἡ Ρώμη πρώτη, διὰ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου πρῶτον ἐπίσκοπον γεγονότα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, καὶ τὸν μαρτυρικὸν